Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Biblia, lat

Menardus <Eisnacensis>

[Basel], 8. Sept. 1477

Paralipomenon Secvndvs

urn:nbn:de:bsz:31-295433

Visual Library

argenti talenta decē milia: ⁊ eris talenta d
cem et octo milia: ferri ꝗ̃ centum milia ta
lentoꝝ. ⁊ apud quecūq; inuēti ſūt lapides
dederūt in theſauros domus dñi p manum
iehihel gerſonitis. Letatuſq; eſt ꝓplus cuꝫ
vota ſponte ꝓmitterent: quia corde toto af
ferrebant ea dño. Sed ⁊ dauid rex letat⁹
eſt gaudio magno: ⁊ bñdixit dño corā vni
uerſa multitudine ⁊ ait. Benedictus es dñe
deus iſrl' patris noſtri: ab eterno i eternū
Tua eſt dñe magnificētia ⁊ potētia ⁊ glīa
atq; victoria: ⁊ tibi laus. Cuncta eñi q̄ i ce
lo ſunt ⁊ in terra tua ſūt. Tuū dñe regnū:
⁊ tu es ſup omnes pñcipes. Tue diuitie: ⁊
tua eſt gloria: tu dominaris omniū. In ma
nu tua virtus et potentia: in manu tua ma-
gnitudo: ⁊ imperiū omniū. Nunc igiť deus
noſter ꝯfitemur tibi: ⁊ laudamus nomē tu
um inclitū. Quis ego ⁊ quis populus me⁹
vt poſſimus h̄ tibi vniūſa ꝓmittere? Tua
ſunt omnia: et que de manu tua accepim⁹
dedimus tibi. Peregrini eñi ſumus corā te
⁊ aduene: ſicut omnes patres noſtri. Dies
noſtri quaſi vmbra ſup terrā et nulla ē mo
ra. Dñe deus noſter omnis hec copia quaꝫ
parauimus vt edificaret̄ dom⁹ nomini ſan
cto tuo de manu tua eſt: ⁊ tua ſunt omnia.
Scio de⁹ me⁹ q̄ ꝓbes corda: ⁊ ſimplicita-
tem diligas: vnde ⁊ ego in ſimplicitate cor
dis mei letus obtuli vniuerſa hec: ⁊ popu-
lum tuum qui hic repert⁹ eſt vidi cū ingē
ti gaudio tibi offerre donaria. Dñe de⁹ ab
raam ⁊ yſaac ⁊ iſrl' patrū noſtroꝝ cuſtodi
in eternū hanc voluntatem cordis eoꝝ: et
ſemper i venerationē tui mens iſta ꝑmane
at Salomon ꝗ̃ filio meo da coꝛ pfectū. vt
cuſtodiat mandata tua et teſtimonia tua
et cerimonias tuas et faciat vniuerſa: et
edificet edem cui⁹ impenſas paraui. Pre-
cepit aūt dauid vniuerſe eccleſie. Benedi
cite dño deo noſtro. Et benedixit omnis ec
cleſia dño deo patrū ſuoꝝ: ⁊ inclinauerunt
ſe ⁊ adorauerūt deum: ⁊ deinde regē. Imo-
lauerūtq; victimas dño: et obtulerunt olo
cauſta die ſequenti thauros mille. arietes
mille. agnos mille. cum libaminib; ſuis. et
vniuerſo ritu abundantiſſime in omnē iſrl'.
Et comederunt et biberunt corā dño in die
illo cū grandi leticia: ⁊ vnxerūt ſecūdo ſa-
lomonē filium dauid. Vnxerūt aūt eum do
mino in pñcipem: et in pontificeꝫ. Seditq;
ſalomō ſup ſoliū dñi i regē ꝓ dauid patre
ſuo ⁊ cūctis placuit: et paruit illi oīs iſrl'.
Sed et vniūſi pñcipes et potentes et cūcti
filij reg̃ dauid dederūt manū et ſubiecti fue
runt ſalomoni regi. Magnificauit ḡ domi
nus ſalomonem ſuper omnem iſrl': et dedit
illi gloriaꝫ regni qualem nullus habuit an
euꝫ rex iſrl'. Igiť dauid fili⁹ yſai regnauit
ſuper vniuerſum iſrl'. et dies quib; regna-
uit ſuper iſrl' fuerūt q̄draginta anni. In he
bron regnauit ſeptem annis ⁊ in ihrlm tri
ginta trib;: et mortuus eſt in ſenectute bo-
na plenus dierū. et diuitijs et gloria: et re
gnauit ſalomon fili⁹ eius ꝓ eo. Geſta aūt
regis priora et nouiſſima ſcripta ſunt in li-
bro ſamuel videntis et in libro nathan ꝓphe
te. atq; in volumine gad videntis: vniuerſi
q; regni eius et fortitudinis et tempoꝝ q̄
tranſierūt ſb eo ſiue i iſrahel: ſiue in cūctis
regnis terraꝝ.

Explicit liber paralipomenon primus.

## Incipit liber paralipomenō ſcđs. CA.I.

Confortatus eſt ergo ſalo-
mon filius dauid in regno
ſuo: et dñs erat cum eo: ⁊
magnificauit eum in excel
ſum. Precepitq; ſalomon
vniuerſo iſraheli tribunis
et centurionib; ⁊ ducibus
et iudicib; omnis iſrl' ⁊ principib; familia-
rū: et abijt cū vniuerſa multitudine in ex-
celſum gabaon: vbi erat tabernaculū fede
ris dñi: qđ fecit moyſes famulus dei in ſoli
tudie: archam aūt dei adduxerat dauid d
cariathiarim in locū queꝫ ꝑparanerat ei et
vbi fixerat illi taberuaculū: hoc eſt in ihrlm
Altare ꝗ̃ eneū qđ fabricatus fuerat beſe-
leel filius vri filij vr ibi erat coram taber-
naculo dñi: quod et requiſiuit ſalomon et
omnis eccleſia. Aſcenditq; ſalomon ad al
tare eneū coram tabernaculo federis dñi ⁊
obtulit in eo mille hoſtias. Ecce aūt in ipā
nocte apparuit ei deus dicens. Poſtula qđ
vis: vt dem tibi. Dixitq; ſalomon deo. tu fe
ciſti cū dauid patre meo miſericordiā ma-
gnā: et cōſtituiſti me regem ꝓ eo. Nunc ḡ
dñe deus: impleat̄ ſermo tuus quē pollicit⁹
es dauid patri meo Tu eñi me feciſti regē
ſuper populū tuū multū: qui tā inumerabil'

eſt ꝗ̄ puluis terre. Da mihi ſapientiā et in
telligentiam: vt ingrediar et egrediar co
ram populo tuo. Quis eñ poteſt hūc ꝓlm
tuum digne qui tam grandis eſt iudicare?
Dixit aūt deus ad ſalomonē. Quia hoc ma
gis placuit cordi tuo. et non poſtulaſti di
uitias et ſubſtantiā et gloriā. neq̃ animas
eoꝝ qui te oderant: ſed nec dies vite pluri
mos. petiſti aūt ſapientiā et ſcientiā: vt iu
dicare poſſis populum meū ſuper quē conſti
tui te regē: Sapientia et ſcientia data ſūt
tibi. Diuitias aūt et ſubſtantiā et gloriam
dabo tibi: ita vt nullus in regibꝰ nec ante
te nec poſt te fuerit ſimilis tui. Venit ḡ ſa
lomon ab excelſo gabaon in ihrlm corā ta
bernaculo federis: et regnauit ſup iſrahel.
Congregauitq̃ ſibi currus ⁊ equites: ⁊ fa
cti ſunt ei mille quadringenti currus ⁊ duo
decim milia equitū. ⁊ fecit eos eē ī vrbibꝰ q̄
drigarū et cū rege ī ihrlm. Prebuitq̃ rex
argentū et aurum in ihrlm quaſi lapides et
cedros quaſi ſicomoros que naſcunt̄ in cam
peſtribꝰ multitudine magna Adducebant̄
aūt ei equi de egipto de choa a negociato-
ribꝰ regis: qui ibant et emebant ꝑcio qua-
drigā equoꝝ ſexcentis argenteis et equū
centū quadraginta. Similiter de vniuerſis
regnis ethæoꝝ et a regibꝰ ſirie emptio ce
lebrabat̄.

CA. II.

Decreuit aūt ſalomon edificare do-
b mū nomini dñi: ⁊ palacium ſibi. Et
numerauit ſeptuagita milia viro-
rum portantiū humeris: ⁊ octoginta milia
qui cederent lapides in montibꝰ: ꝑpoſitoſq̃
eoꝝ tria milia ſexcentos. Miſit q̃ ad hirā
regem tyri dicens. Sicut egiſti cū dauid
patre meo. ⁊ miſiſti ei ligna cedrina vt edi
ficaret ſibi domum in qua et habitauit: ſic
fac mecū vt edificem domū nomini dñi dei
mei: et ꝯſecrem eam: ad adolendū incenſū
coram illo ⁊ fumigāda aromata. ⁊ ad ꝓpo
ſitionē panum ſempiternā et olocauſtoma
ta mane ⁊ veſpere. ſabbatis q̃ ⁊ neomenijs
⁊ ſolēnitatibꝰ dñi dei noſtri in ſempiternū
que mandata ſunt iſrli. Domus eñ quam
edificare cupio magna eſt. Magnus ē eñ
deus noſter: ſup omnes deos. Quis ḡ pote-
rit ꝑualere: vt edificet ei dignā domū? Si
celum ⁊ celi celorum capere eum nequeūt:
quantꝰ ego ſū vt poſſim edificare ei domū
Sed ad hoc tantum vt adoleatur īcenſum
corā illo. Mitte igit̄ mihi virū eruditū qui
nouerit operari in auro et argento ere et fer
ro purpura coccino et iacinto. et qui ſciat
ſculpere celaturas: cum his artificibꝰ q̄s
mecū habeo in iudea ⁊ in ihrlm quos ꝑpara
uit dauid pater meus. Sed ⁊ ligna cedrina
mitte mihi et arthœutina et pinea de libano
Scio eñ ꝙ ſerui tui nouerint cedere ligna
de libano. Et erūt ſerui mei cū ſeruis tuis
vt parent̄ mihi ligna plurima. Domus eñ
quam cupio edificare magna eſt nimis et ī
clita. Preterea operarijs qui ceſuri ſunt li
gna ſeruis tuis dabo in cibaria tritici cho-
ros viginti milia: et ordei choros totidem:
et olei q̃ ſata viginti milia. Dixit aūt hi-
ram rex tyri ꝑ literas q̄s miſerat ſalomoni
Quia dilexit dñs populū ſuū: idcirco te re
gnare fecit ſuper eum. Et addidit dicens.
Benedictus dñs deus iſrl̄ qui fecit celū et
terram: qui dedit dauid regi filiū ſapientē
et eruditū et ſenſatū atq̃ prudentem: vt
edificaret domū dño. et palaciū ſibi. Miſi
ḡ tibi virū prudentem et ſcientiſſimum. hi
ram patrem meū filium mulieris de filiabꝰ
dan cuiꝰ pater fuit tirius: qui nouerit opa
ri in auro et argento. ere et ferro et mar-
more ⁊ lignis: in purpura q̃ et iacinto et
biſſino et coccino. ⁊ qui ſciat celare omnē
ſculpturam. et adinuenire prudenter quod
cūq̃ ī opere neceſſariū eſt: cū artificibꝰ tu-
is ⁊ cū artificibꝰ dñi mei dauid patris tui.
Triticū ḡ et ordeum et oleū et vinum. que
pollicitus es dñe mi mitte ſeruis tuis. Nos
aūt cedemus ligna de libano quot neceſſa-
ria habueris: et applicabimꝰ ea ratibus ꝑ
mare in ioppē: tuū aūt erit tranſferre ea in
ihrlm. Numerauit igit̄ ſalomon omnes vi
ros ꝓſelitos qui erant in terra iſrl̄. poſt di
numerationē quā dinumerauit pater eius
⁊ inuenti ſunt centum quinq̄ginta milia ⁊
tria milia ſexcenti. Fecitq̃ ex eis ſeptuagi
ta milia q̄ humeris onera portarēt: ⁊ octo
ginta milia qui lapides de mōtibꝰ cederēt:
tria aūt milia et ſexcentos ꝑpoſitos operū
populi.

CA. III.

Et cepit ſalomon edificare domū
e dñi in ihrlm in monte moria qui de
monſtratꝰ fuerat dauid patri eiꝰ
in loco quē parauerat dauid in area ornan

ſebuſei· Cepit aũt edificare menſe ſc̃do: An
no quarto regni ſui· Et hec ſunt fũdamẽta
que iecit ſalomon vt edificaret domuꝫ dei·
longitudinis· cubitos in mẽſura prima ſexa
ginta: latitudinis cubitos viginti· Porti
cũ vero ante frontem que tetendebat in lõ
gũ· iuxta menſurã latitudinis domꝰ: cubi-
toꝝ viginti· Porro altitudo centũ viginti
cubitoꝝ erat· Et deaurauit eã intrinſecus
auro mundiſſimo· Domũ quoqꝫ maiorẽ texit
tabulis ligneis abiegnis: et laminas auri
obrizi affixit per totũ· Sculpſitqꝫ in ea pal
mas: et quaſi catenulas ſe inuicẽ ↄplectẽtes·
Strauit quoqꝫ pauimentũ templi p̄cioſiſ
ſimo marmore: decore multo· Porro aurũ
erat ꝓbatiſſimũ· de cuiꝰ laminis texit domũ
et trabes eius et poſtes ⁊ parietes ⁊ oſtia:
⁊ celauit cherubim in parietibꝫ· Fecit quoqꝫ do
mũ ſancti ſanctoꝝ: longitudinẽ iuxta lati-
tudinẽ domus cubitoꝝ viginti: ⁊ latitudi
nem ſimiliter viginti cubitoꝝ· Et laminis au
reis texit eam quaſi talentis ſexcentis: ſed
⁊ clauos fecit aureos: ita vt ſinguli claui ſi
clos quīquagenos appenderẽt· Cenacula
quoqꝫ texit auro· Fecit etiã in domo ſancti ſan-
ctoꝝ cherubim duos opere ſtatuario: ⁊ tex
it eos auro· Ale cherubim viginti cubitis ex
tendebant: ita vt vna ala haberet cubitos
quinqꝫ et tangeret parietem domus: et al-
tera quinqꝫ cubitos habens: alam tãgeret
alteriꝰ cherub· Similiter cherub alteriꝰ ala
quinqꝫ cubitos habebat· ⁊ tangebat parie
tem: et ala eius altera quinqꝫ cubitoꝝ alã
cherub alteriꝰ ↄtingebat· Igitur ale vtriuſ
qꝫ cherub expanſe erant: et extendebãt per
cubitos viginti· Ipſi aũt ſtabãt erectis pe
dibꝫ: ⁊ facies eoꝝ verſe erãt ad exteriorẽ
domũ· Fecit quoqꝫ velũ ex iacincto purpura coc
cino et biſſo: ⁊ intexuit ei cherubim· Ante fo
res etiã templi duas colũnas: que triginta
et quinqꝫ cubitos habebãt altitudinis· Por
ro capita eoꝝ quinqꝫ cubitoꝝ: necnõ ⁊ quaſi
catenulas in oraculo: et ſuperpoſuit eas ca
pitibꝫ colũnarum· Malagranata etiã cen-
tum: que catenulis interpoſuit· Ipſas quoqꝫ co
lũnas poſuit in veſtibulo templi: vnã a dex-
tris ⁊ alterã a ſiniſtris· Eã q̄ a dextris erat
vocauit iachin: ⁊ q̄ ad leuã vocauit booz·

CA· IIII·

f Ecit quoqꝫ altare eneum viginti cubi-
toꝝ longitudinis et viginti cubitoꝝ lati-
tudinis ⁊ decẽ cubitoꝝ altitudinis· Mare
etiã eneũ fuſile decem cubitis a labio vſqꝫ
ad labiũ: rotũdum per circuitũ· Quinqꝫ cu-
bitos habebat altitudinis: et funiculis tri-
ginta cubitoꝝ ambiebat girũ eius· Similitu
do quoqꝫ boum erat ſubter illud· Et decem cu-
bitis quedam extrinſecus celature: quaſi du-
obꝫ verſibꝫ aluũ maris circuĩbant· Boues
aũt erant fuſiles: ⁊ ipſum mare ſuper duo-
decim boues impoſitum erat: quoꝝ tres re-
ſpiciebant ad aquilonẽ: ⁊ alij tres ad occi-
dentẽ· Porro tres alij meridiem· et tres q̄
reliqui erãt orientẽ· habentes mare ſuper-
poſitũ· Poſteriora aũt boum erant intrinſe
cus ſub mari· Porro vaſtitas eiꝰ habebat
menſurã palmi: ⁊ labium illiꝰ erat quaſi labi
um calicis vel repandi lilij: capiebatqꝫ tria
milia metretas· Fecit quoqꝫ concas decẽ: ⁊ po-
ſuit quinqꝫ a dextris ⁊ quinqꝫ a ſiniſtris: vt
lauarẽt in eis omnia q̄ in olocauſtũ oblata erãt·
Porro in mari ſacerdotes lauabant· Fecit
aũt et cãdelabra aurea decem ſc̃dm ſpeciem
quã iuſſerat fieri: ⁊ poſuit ea in templo qui
qꝫ a dextris ⁊ quinqꝫ a ſiniſtris· Necnon et
menſas decẽ ⁊ poſuit eas in templo quinqꝫ
a dextris ⁊ quinqꝫ a ſiniſtris· Fialas quoqꝫ aure
as centum· Fecit etiam atrium ſacerdotuꝫ
⁊ baſilicã grãdem: ⁊ oſtia in baſilica q̄ texit
ere· Porro mare poſuit in latere dextro cõ
tra orientẽ ad meridiem· Fecit aũt hiram
lebetas et creagras et fialas· et compleuit
omne opus regis in domo dei· Hoc eſt colũ
nas duas ⁊ epiſtilia· ⁊ capita et quaſi que-
dam retiacula· que capita tegerẽt ſuper epi
ſtilia· Malagranata quoqꝫ quadraginta et reti
acula duo· ita vt bini ordines malagrana
toꝝ ſingulis retiaculis iũgerent: que ꝓte-
gerẽt epiſtilia et capita colũnarũ· Baſes
etiã fecit· ⁊ cõcas· quas ſuppoſuit baſibus
mare vnũ: boues quoqꝫ duodecim ſub mari et
lebetas ⁊ creagras ⁊ fialas· Omnia vaſa fecit
ſalomoni hirã pater eiꝰ in domo dñi· ex ere
mundiſſimo· In regione iordanis fudit ea
rex in argilloſa terra: inter ſochot ⁊ ſaredata·
Erat aũt multitudo vaſoꝝ innũabilis: ita
vt ignoraretur põdus eris· Fecitqꝫ ſalomon
omnia vaſa domꝰ dei: ⁊ altare aureũ ⁊ mẽſas
⁊ ſuper eas panes ꝓpoſitionis· Cãdelabra quoqꝫ
cũ lucernis ſuis vt lucerẽt ante oraculũ iuxta

153

rilū ex auro puriſſimo· ⁊ florentia quedã
⁊ lucernas· ⁊ forcipes aureos· Oia ꝺ auro
mūdiſſimo facta ſunt· Thimeamateria q̈ꝫ
⁊ thuribula ⁊ fialas ⁊ mortariola· ex auro
puriſſimo· Et oſtia celauit templi iterioris
id eſt· in ſanctaſanctoꝝ: ⁊ oſtia templi fori
ſecus aurea· Sicq̈ꝫ ꝯpletū ē omne opus qꝺ
fecit ſalomon ī domo dñi· CA. V.

Intulit igit̄ ſalomō oia que vouerat dauid
pater ſuus· argentū ⁊ aurū: ⁊ vniuerſa va
ſa poſuit in theſauros domus dñi· Poſt que
ꝯgregauit maiores natu iſrl̄ ⁊ cūctos prī-
cipes tribuū· ⁊ capita familiarū ꝺ filijs iſrl̄
in ihrlm· vt adducerēt archam federis do-
mini de ciuitate dauid que eſt in ſyon· Ve-
nerūt itaq̈ꝫ ad regem omnes viri iſrl̄: ī die
ſolēni menſis ſeptimi· Cūq̈ꝫ veniſſent cūcti
ſenioꝝ iſrl̄· portauerūt leuite archam: ⁊ itu
lerūt eam· ⁊ omnē paraturam tabernaculi
Porro vaſa ſanctuarij que erāt in taberna
culo portauerūt ſacꝺotes cū leuitis Rex aūt
ſalomon ⁊ vniuerſus cetus iſrl̄· et omnes q̄
fuerūt ꝯgregati ante archā imolabāt ari
etes ⁊ boues abſq̈ꝫ vllo numero· Tāta eīm
erat multitudo victimarū · Et intulerunt
ſacerdotes archam federis dñi ī locum ſu-
um id eſt· ad oraculū templi in ſanctaſan-
ctoꝝ ſubter alas cherubim: ita vt cherubī
expanderēt alas ſuas ſup locū in quo poſi-
ta erat archa: ⁊ ipam archam tegerēt cū
vectibꝰ ſuis Vectiū aūt quibꝰ portabat ar-
cha · q2 paululū longiores erāt capita· pa-
rebant ante oraculum· Si vero quis paulu
lum fuiſſet extrinſecus: eos videre nō pote-
rat· Fuit itaq̈ꝫ archa ibi vſq̈ꝫ in preſentem
diem· Nihilq̈ꝫ erat aliud in archa niſi due
tabule· quas poſuerat moyſes in oreb: quā
do legem dedit dñs filijs iſrl̄ egredientibꝰ
ex egipto· Egreſſis aūt ſacerdotibꝰ de ſan-
ctuario· omnes eīm ſacerdotes qui ibi pote-
rāt inueniri ſanctificati ſunt: nec adhuc ī il
lo tpe vices ⁊ miſteriorum ordo inter eos
diuiſus erat· Tam leuite q̄ꝫ cantores id eſt
⁊ qui ſub aſaph erant· ⁊ qui ſub heman· et
qui ſub ydithū filij ⁊ fratres eorum veſtiti
biſſinis· cimbalis ⁊ pſalterijs· ⁊ citharis cō
crepabant ſtantes ad orientalem plagam
altaris: ⁊ cū eis ſacerdotes centū viginti
canentes tubis· Igit̄ cūctis pariter ⁊ tu-
bis ⁊ voce ⁊ cimbalis ⁊ organis · et diuerſi
generis muſicoꝝ ꝯcinētibꝰ· ⁊ vocem in ſub
lime tollentibꝰ longe ſonitꝰ audiebat̄: ita
vt cū dñm laudare cepiſſent ⁊ dicere· Cō-
fitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in eternū miſe-
ricordia eiꝰ· impleret̄ domꝰ dei nube: ne poſ-
ſent ſacerdotes ſtare ⁊ miniſtrare ꝓpter ca
ligine· Compleuerat eīm glā dñi domū dei·
CA· VI·

t Tunc ſalomon ait· Dñs pollicitus ē
vt habitaret in caligine: ego aūt
edificaui domū nomi eiꝰ: vt habitaret ibi
in perpetuū· Et ꝯuertit rex faciē ſuā: ⁊ be-
nedixit vniuerſe multitudini iſrl̄· Nã oīs
turba ſtabat intenta ⁊ ait· Benedictus do
minus deus iſrl̄: q̄ qꝺ locutꝰ eſt dauid pa-
tri meo: opere ꝯpleuit dicēs· A die q̄ eduxi
populū meū de terra egipti· nō elegi ciuita
tem de cūctis tribubus iſrl̄ vt edificaret̄ in
ea domus nomini meo neq̈ꝫ elegi quēquam
aliū virū vt eſſet dux in populo meo iſrl̄· ſꝫ
elegi ihrlm vt ſit nomen meū in ea et elegi
dauid vt ꝯſtituerē eū ſup populū meū iſrl̄·
Cūq̈ꝫ fuiſſet voluntatis dauid patris mei:
vt edificaret domū nomini dñi dei iſrahel:
dixit dñs ad eū· Quia hec fuit volūtas tua
vt edificares domū nomini meo: bene q̄dem
feciſti huiuſcemodi habere volūtatem: ſed
non tu edificabis mihi domū· Verūtamen
filius tuus qui egrediet̄ de lumbis tuis: ip
ſe edificabit domū nomini meo· Cōpleuit
ḡ dñs ſermonē ſuū quē locutus fuerat: et
ego ſurrexi ꝓ dauid patre meo: ⁊ ſedi ſup
thronū iſrl̄ ſicut locutus eſt dñs: ⁊ edifica
ui domū nomini dñi dei iſrl̄· ⁊ poſui in ea ar-
cham in qua eſt pactū dñi qꝺ pepigit cū fi-
lijs iſrl̄· Stetit ḡ coram altari dñi ex aduſo
vniuerſe multitudinis iſrl̄: et extendit ma-
nus ſuas· Siquidem fecerit ſalomon baſim
eneam ⁊ poſuerat eā ī medio baſilice: habē
tem quinq̈ꝫ cubitos longitudinis· ⁊ quinq̈ꝫ
latitudinis ⁊ tres cubitos altitudis· Ste-
titq̈ꝫ ſuper eā: ⁊ deinceps flexis genibꝰ con
tra vniuerſam multitudinē iſrl̄ ⁊ palmis ī
celū leuatis ait· Dñe deus iſrl̄ · nō ē ſimilis
tui deus in celo ⁊ in terra· q̄ cuſtodis pactū
⁊ miſericordiā cū ſeruis tuis· qui ambulāt
corā te ī toto corde ſuo: q̄ pſtitiſti ſeruo tuo
dauid patri meo quecūq̈ꝫ locutꝰ fueras ei
⁊ q̄ ore ꝓmiſeras opere ꝯpleſti· ſicut et pñs
tempus ꝓbat· Nunc ḡ dñe deus iſrl̄ imple

ſeruo tuo patri meo dauid quecūqꝫ locu-
tus es dicens. Nõ deficiet ex te vir coram
me qui ſedeat ſup thronū iſrl': ita tñ ſi cu-
ſtodierint filij tui vias tuas. ⁊ ābulauerit
in lege mea: ſicut ⁊ tu ambulaſti corā me.
Et nūc dñe deus iſrl' firmet̃ ſermo tuꝰ: quē
locutus es ſeruo tuo dauid. Ergo ne cre-
dibile eſt. vt habitet deus cū hominibꝫ ſup
terram? Si celū ⁊ celi celoꝝ nō te capiūt:
quāto magis domus iſta quā edificaui? Sz
ad hoc tñ facta eſt. vt reſpicias orationē
ſerui tui. ⁊ obſecrationē eiꝰ dñe deus meꝰ
audias ⁊ p̃ces quas fudit famulus tuꝰ co-
ram te: vt apias oculos tuos ſup domū iſ-
tam diebꝫ ⁊ noctibꝫ. ſup locū in quo pollici-
tus es vt inuocaret̃ nomen tuū ⁊ exaudires
orationem quā ſeruus tuꝰ orat in eo: ⁊ ex-
audias p̃ces famuli tui ⁊ ppli tui iſrl'. Qui-
cūqꝫ orauerit in loco iſto. exaudi d̾ habita-
culo tuo id eſt. de celis. ⁊ ꝓpiciare. Si pec-
cauerit quiſpiam in ꝓximū ſuū ⁊ iurare cō-
tra eū paratus venerit. ſeqꝫ maledicto con-
ſtrinxerit coram altari in domo iſta tu au-
dies de celo. ⁊ facies iudiciū ſeruoꝝ tuoꝝ:
ita vt reddas iniquo viā ſuā in caput ꝓpri-
um: ⁊ vlciſcaris iuſtum retribuens ei ſcd̓m
iuſticiā ſuam. Si ſupatus fuerit populus
tuus iſrl' ab inimicis. peccabunt eñi tibi. et
ꝯuerſi egerint penitentiā. ⁊ obſecrauerint
nomen tuū. ⁊ fuerint dep̃cati in loco iſto tu
exaudies de celo ⁊ ꝓpiciare peccato populi
tui iſrl' ⁊ reduc eos ī terram quā dediſti eis
et patribꝫ eoꝝ. Si celo clauſo pluuia non
fluxerit ꝓpter peccata populi tui. ⁊ dep̃cati
te fuerint in loco iſto ⁊ ꝯfeſſi nomini tuo.
⁊ ꝯuerſi a peccatis ſuis cū eos afflixeris ex-
audi de celo dñe. ⁊ dimitte peccata ſeruis
tuis. ⁊ populi tui iſrl': ⁊ doce eos viā bonā.
per quā ingrediant̃: ⁊ da pluuiā terre quā
dediſti populo tuo ad poſſidendū. Fames ſi
orta fuerit in terra. ⁊ peſtilentia. erugo et
aurugo ⁊ locuſta ⁊ brucus. ⁊ hoſtes vaſta-
tis regionibus portas obſederint ciuitatis
omniſqꝫ plaga ⁊ infirmitas p̃ſſerit: ſi quis
de populo tuo iſrl' fuerit dep̃catꝰ ꝯgnoſcēs
plagam ⁊ infirmitatē ſuā ⁊ expāderit ma-
nus ſuas in domo hac: tu exaudies de celo
de ſublimi ſcz habitaculo tuo. et ꝓpiciare:
⁊ redde vnicuiqꝫ ſcd̓z vias ſuas quas noſti
eū habere in corde ſuo. Tu eñi ſolꝰ noſti cō-
da filioꝝ hoīm: vt timeant te ⁊ ambulent ī
vijs tuis cūctis diebꝫ quibꝫ viuunt ſuper fa-
ciem terre quā dediſti patribꝫ noſtris. Ex-
ternum q̃ꝫ qui non eſt de populo tuo iſrl' ſi
venerit de terra lōginqua ꝓpter nomē tuū
magnū ⁊ ꝓpter manū tuā robuſtam. ⁊ bra-
chiū tuū extentū. ⁊ adorauerit in loco iſto:
tu exaudies de celo firmiſſimo habitaculo
tuo. ⁊ facies cūcta ꝓ quibꝫ inuocauerit te
ille peregrinus: vt ſciant oēs populi terre
nomen tuū. ⁊ timeāt te ſicut populus tuus
iſrl'. ⁊ ꝯgnoſcant qꝛ nomen tuum inuocatū
eſt ſuper domū hāc quā edificaui. Si egreſ-
ſus fuerit populꝰ tuꝰ ad bellum cōtra adu̾-
ſarios ſuos. ꝑ viam in qua miſeris eos: ado-
rabūt te cōtra viam in qua ciuitas hec eſt
quā elegiſti. ⁊ domus quā edificaui nomini
tuo: vt exaudias de celo p̃ces eoꝝ ⁊ obſe-
crationem. ⁊ vlciſcaris. Si aūt peccauerit
tibi. neqꝫ eñi eſt homo qui non peccet. ⁊ ira-
tus fueris eis. et tradideris hoſtibꝫ. ⁊ capti-
uos duxerit eos in terrā longinquā vel cer-
te que iuxta eſt. et ꝯuerſi in corde ſuo in t̾-
ra ad quā captiui ducti fuerant egerint pe-
nitentiā. et dep̃cati te fuerint in terra cap-
tiuitatis ſue. dicētes. peccauimꝰ. iniq̃ feci-
mus. iniuſte egimꝰ: et reuerſi fuerint ad te
in toto corde ſuo. ⁊ tota aīa ſua ī terra cap-
tiuitatis ſue. ad quā ducti ſunt: adorabūt
te ꝯtra viam terre tue quā dediſti patribꝫ
eoꝝ. et vrbis quā elegiſti. et domus quam
edificaui nomini tuo: vt exaudias de celo.
hoc eſt. de firmo habitaculo tuo preces eo-
rū. ⁊ facias iudiciū. ⁊ dimittas populo tuo
quāuis peccatori. Tu es eñi deus meꝰ. Ap-
periant̃ queſo oculi tui: et aures tue intēte
ſint ad orationē que fit in loco iſto. Nunc
igit̃ ꝯſurge dñe deus in requiem tuā: tu et
archa fortitudinis tue. Sacerdotes tui do-
mine deus: induant ſalutem: et ſancti tui le-
tent̃ in bonis. Dñe deus meus ne auerſeris
faciem xp̄i tui. Memēto miſericordiarum
dauid ſerui tui. Cūqꝫ ꝯpleſſet ſalomon fun-
dens p̃ces. ignis deſcēdit de celo: et deuora-
uit olocauſta et victimas. et maieſtas dñi
impleuit domū: nec poterant ſacerdotes in-
gredi templū dñi eo ꝙ impleſſet maieſtas
dñi templū dñi. ſed et omnes filij iſrl' vide-
bant deſcendentem ignē et gloriā dñi ſuper
domū: ⁊ corruētes ꝓni ī terrā ſup pauimētū

91
154

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſtratū lapide adorauerūt ⁊ laudauerūt do
minū qm̄ bonus: qm̄ in ſeculū miſericordia
eius. Rex aūt et omnis populus imolabant
victimas corā dn̄o.

CA. VII.

Actauit igit̄ rex ſalomon hoſtias
m boū viginti duo milia: arietū centū
vigiti milia. Et dedicauit domū dei
rex ⁊ vniuerſus popul9. Sacerdotes autē
ſtabant in officijs ſuis. ⁊ leuite in organis
carminū dn̄i. que fecit dauid rex ad laudā
dum dn̄m. qm̄ in ſeculū miſericordia eius:
hymnos dauid canentes p̄ man9 ſuas. Pō
ro ſacerdotes canebāt tubis ante eos: cū
ctuſq̄ iſrl̄ ſtabat. Sanctificauit q̄ȝ ſalomō
medium atrij ante templū dn̄i. Obtulerat
enī ibi olocauſta ⁊ adipes pacificoꝝ: qr al
tare eneū qđ fecerat non poterat ſuſtinere
olocauſta ⁊ ſacrificia ⁊ adipes. Fecit ḡ ſa-
lomon ſolēnitatem i tp̄e illo ſeptem dieb9
⁊ omnis iſrl̄ cum eo. eccleſia magna valde:
ab introitu emath vſq̄ ad torrentē egipti
Fecitq̄ die octaua collectā. eo ꝙ dedicaſſꝫ
altare ſeptē dieb9. ⁊ ſolēnitatē celebraſſet
dieb9 ſeptē. Igit̄ die viceſimatercia mēſis
ſeptimi dimiſit populos ad tabernacl'a ſua.
letātes atq̄ gaudētes ſup̄ bono qđ fecerat
dn̄s dauid ⁊ ſalomoni ⁊ iſrl̄ populo ſuo Cō
pleuitq̄ ſalomon domū dn̄i. et domū regis
⁊ omnia que diſpoſuerat in corde ſuo vt fa-
ceret in domo dn̄i ⁊ i domo ſua. ⁊ p̄ſperatus
eſt. Apparuit aūt ei dn̄s nocte: ⁊ ait. Audi
ui orationē tuā: ⁊ elegi locum iſtū mihi in
domū ſacrificij. Si clauſero celū ⁊ pluuia n̄
fluxerit. ⁊ mādauero ⁊ p̄cepero locuſte vt
deuoret terram. et miſero peſtilentiam in
populum meū. ɔuerſus aūt populus meus
ſup̄ quos inuocatū eſt nomen meū. dep̄cat9
me fuerit. ⁊ exquiſierit faciē meā. ⁊ ege
rit penitentiā a vijs ſuis peſſimis: ⁊ ego ex
audiā de celo. ⁊ p̄picius ero peccatis eorū.
⁊ ſanabo terrā eoꝝ. Oculi q̄ȝ mei erūt ap-
ti ⁊ aures mee erecte: ad orationē ei9 qui
in loco iſto orauerit. Elegi enī ⁊ ſanctifica
ui locū iſtum. vt ſit nomē meū ibi in ſempi-
ternum. ⁊ p̄maneant oculi mei et cor meū
ibi cūctis dieb9. Tu q̄ȝ ſi ambulaueris co-
ram me ſicut ambulauit dauid pater tuus
⁊ feceris iuxta oīa que p̄cepi tibi. ⁊ iuſtici
as meas iudiciaq̄ ſ̄uaueris ſuſcitabo thro
nū regni tui ſicut pollicitus ſum dauid pa-
tri tuo dicens. Non auferetur de ſtirpe tua
vir qui non ſit p̄nceps in iſrl̄. Si aūt auer-
ſi fueritis ⁊ dereliqueritis iuſticias meas ⁊
p̄cepta mea que p̄poſui vobis: ⁊ abeuntes
ſeruieritis dijs alienis ⁊ adoraueritis eos:
euellam vos de terra mea quā dedi vobis. ⁊
domū hanc quā edificaui nomini meo p̄ijci
am a facie mea. ⁊ tradam eā in parabolā
⁊ in exemplū cūctis populis. et domus iſta
erit in p̄uerbiū vniuerſis tranſeuntibus: ⁊
dicent ſtupentes. Quare fecit dn̄s ſic terre
huic et domui huic? Reſpōdebūtq̄. Quia de
reliquerūt dn̄m deum patrū ſuorū q̄ eduxit
it eos de terra egipti: et apprehēderūt deos
alienos et adorauerūt eos et coluerūt: idci-
co venerūt ſup̄ eos vniuerſa hec mala.

CA. VIII.

e Xpletis autē viginti annis poſtq̄
edificauit ſalomon domū domini ⁊
domum ſuam: ciuitates quas dederat hi-
ram ſalomoni edificauit. et habitare ibi
fecit filios iſrl̄. Abijt quoque in emath ſu
ba. et obtinuit eam ⁊ edificauit palmiram
in deſerto: et alias ciuitates munitiſſimas
edificauit i emath. Extruxitq̄ bethoron ſu
periorē: et bethoron inferiorē. ciuitates mu
ratas: habētes portas ⁊ vectes ⁊ ſeras Ba
laath etiā et omnes vrbes firmiſſimas que
fuerūt ſalomonis. cūctaſq̄ vrbes q̄drigaꝝ
et vrbes equitū. Omnia q̄cūq̄ voluit fecit
rex ſalomō atq̄ diſpoſuit. edificauit in ih̄e
ruſalē. et in libano et in vniuerſa terra po-
teſtatis ſue. Omnē populum qui derelictus
fuerat de hethęis et amoręis. ⁊ pherezeis ⁊
eueis. et iebuſeis. qui non erāt de ſtirpe iſrl̄
de filijs eoꝝ et de poſteris quos non interfe
cerāt filij iſrl̄ ſubiugauit ſalomon i tribu-
tarios vſq̄ in diē hanc. Porro de filijs iſrl̄
non poſuit vt ſeruirēt operibus regis. Ipſi
enī erāt viri bellatores et duces p̄mi. et p̄n
cipes quadrigarū et equitum ei9. Omnes
aūt p̄ncipes exercitus regis ſalomonis: fu
erūt ducenti quiquaginta. qui erudiebāt
populū. Filiam vero pharaonis trāſtulit đ
ciuitate dauid: in domū quā edificauerat
ei. Dixit enī. Non habitabit vxor mea in
domo dauid regis iſrl̄ eo ꝙ ſāctificata ſit.
q̄uia ingreſſa eſt in eam archa dn̄i Tūc ob
tulit ſalomō olocauſta dn̄o ſup̄ altare dn̄i
qđ extruxerat ante porticū: vt per ſingulos

dies offerret̄ i eo iuxta p̄ceptū moyſi i ſab
batis. ⁊ kalendis ⁊ in feſtis dieb⁹ ter p an-
num: id eſt. in ſolēnitate azimoꝝ et ſolēni-
tate ebdomadarū ⁊ i ſolēnitate tabnacl'oꝝ.
Et ꝯſtituit iux̄ diſpoſitōez dauid patris ſui
officia ſacerdotū in miniſterijs ſuis. ⁊ leui-
tas in ordine ſuo: vt laudarēt et miſtrarēt
coram ſacerdotib⁹ iuxta ritum vni⁹ cuiuſq;
diei: ⁊ ianitores in diuiſionib⁹ ſuis p portaz
⁊ portam. Sic em̄ p̄ceperat dauid homo dei
Nec p̄tergreſſi ſunt de mandatis regis tā
ſacerdotes ꝙ̄ leuite: ex omnib⁹ q̄ p̄ceperat
Et i cuſtodijs theſaurorū omnes impenſas
p̄paratas habuit ſalomon: ex eo die quo fū
dauit domū dn̄i vſq; in diem quo pfecit eā
Tunc abijt ſalomō i aſiongaber. ⁊ in hay-
lath. ad orā maris rubri q̄ eſt i terra edō.
Miſit ḡ ei hiram p manus ſeruoꝝ ſuorum
naues ⁊ nautas gnaros maris: ⁊ abierunt
cū ſeruis ſalomonis in ophir. Tulerūtq; in
de quadringēta quīquaginta talēta auri:
⁊ attulerūt ad regē ſalomonē. CA. IX.

Egina q̄q; ſaba cum audiſſet famā
ſalomonis. venit vt tēptaret eum i
enigmatib⁹ in ihr'lm: cum magnis
opib⁹ et camelis q̄ portabant aromata. et
auri plurimū gemmaſq; p̄cioſas. Cūq; veiſ
ſet ad ſalomonē locuta eſt ei quecūq; erāt
in corde ſuo. Et expoſuit ei ſalomō omnia q̄
ꝓpoſuerat: nec quicq̄ꝫ fuit qđ non pſpicuū
ei fecerit. Que poſtq̄ꝫ vidit ſapiētiā ſcilicz
ſalomonis. et domū quā edificauerat. necn̄
⁊ cibaria menſe eius et habitacula ſeruoꝝ
⁊ officia miniſtroꝝ eius ⁊ veſtimenta eoꝝ.
pincernas q̄q; ⁊ veſtes eoꝝ: ⁊ victimas quas
imolabat in domo dn̄i: nō erat p̄ ſtupore vl
tra in ea ſpirit⁹. Dixitq; ad regem. Ver⁹
eſt ſermo quē audierā in terra mea: de vir-
tutib⁹ ⁊ ſapientia tua. Non credebam nar-
rantib⁹: donec ipſa veniſſem ⁊ vidiſſent ocu
li mei. ⁊ ꝓbaſſem vix medietatē ſapientie
tue mihi fuiſſe narratam. Viciſti famā vir
tutib⁹ tuis Beati viri tui ⁊ beati ſerui tui:
hi qui aſſiſtūt coram te omni tēpore. ⁊ au-
diunt ſapientiā tuā. Sit dn̄s deus tuus be-
nedictus q̄ voluit te ordinare ſup thronum
ſuū regem dn̄i dei tui. Quia diligit de⁹ iſrl'
⁊ vult ſeruare eū in eternum: idcirco poſu-
it te ſuper eū regem. vt facias iudicia atq;
iuſticiā. Dedit aūt regi centū viginti talē-
ta auri. ⁊ aromata multa nimis: et gēmas
p̄cioſiſſimas. Non fuerunt aromata talia:
vt hec que dedit regina ſaba regi ſalomo-
ni. Sed et ſerui hirā cum ſeruis ſalomonis
attulerūt aurū de ophir: ⁊ ligna tijna. ⁊ gē
mas p̄cioſiſſimas. De quib⁹ fecit rex de li-
gnis ſcz tijnis gradus in domo dn̄i. ⁊ in do
mo regia: citharas q̄q; ⁊ pſalteria cātorib⁹.
Nūq̄ꝫ viſa ſūt i terra iuda ligna talia. Rex
aūt ſalomon dedit regine ſaba cūcta q̄ vo-
luit. ⁊ que poſtulauit: ⁊ multo plura q̄ꝫ attu
lerat ad eū. Que reuerſa abijt in terrā ſuā
cū ſeruis ſuis. Erat aūt pōdus auri qđ af-
ferebat̄ ſalomoni p ſingulos annos ſexcēta
ſexagintaſex talenta auri: excepta ea ſum
ma quā legati diuerſarū gentiū ⁊ negoci
atores afferre ꝯſueuerant. omneſq; reges
arabie ⁊ ſatrape terraꝝ: qui ꝯportabāt au
rū ⁊ argentū ſalomoni. Fecit igit̄ rex ſalo
mon ducentas haſtas aureas. de ſūma ſex
centoꝝ aureoꝝ: qui in ſingulis haſtis expē
debant̄. Trecenta q̄q; ſcuta aurea trecēto-
rū aureoꝝ: quib⁹ tegebant̄ ſingula ſcuta.
Poſuitq; ea rex in armamentario qđ erat
ꝯſitū nemore. Fecit q̄q; rex ſoliū eburneum
grāde: ⁊ veſtiuit illud auro mūdiſſimo. Sex
q̄q; gradus quib⁹ aſcendebat̄ ad ſoliū. ⁊ ſca
bellū aureū: ⁊ brachiola duo altrinſecus. ⁊
duos leones ſtātes iuxta brachiola: ſed et
alios duodecim leūculos ſtātes ſup ſex gra
dus ex vtraq; parte. Non fuit tale ſolium
in vniuerſis regnis. Omnia q̄q; vaſa cōuiuij
regis erāt aurea: ⁊ vaſa domus ſaltus liba
ni ex auro puriſſimo. Argentū em̄ in dieb⁹
illis p nihilo reputabat̄. Siquidem naues
regis ibant in tharſis cū ſeruis hirā ſemel i
trib⁹ annis: ⁊ deferebant inde aurū ⁊ argē
tū ⁊ ebur ⁊ ſimias ⁊ pauos Magnificatus
eſt eſt igit̄ ſalomon ſup omnes reges terre
p̄ diuitijs ⁊ gloria Omneſq; reges terarūz
deſiderabant videre faciē ſalomonis: vt au
dirēt ſapientiaz quam dederat deus i corde
eius. Et deferebant ei munera: vaſa argen
tea ⁊ aurea. ⁊ veſtes. ⁊ arma. et aromata.
equos ⁊ mulos p ſingulos annos. Habuit
q̄q; ſalomō quadraginta milia equoꝝ i ſta
bulis: ⁊ curruūz equitūq; duodecim milia.
Conſtituitq; eos in vrbibus quadrigarū:
⁊ vbi erat rex in ihr'lm Exercuit etiā poteſ
tatem ſup cūctos reges a flumine eufratē

vſq3 ad terrā philiſtinoꝝ: ⁊ vſq3 ad termi-
nos egipti. Tantaq3 copiā prebuit argēti
in ihr̄lm quaſi lapidū: ⁊ cedroꝝ tantā mlti
tudinē velut ſicomoꝝ que gignūt̄ in cam
peſtribꝫ. Adducebant̄ aūt ei equi d̄ egipto
cūctiſq3 regionibꝫ. Reliqua aūt operū ſalo-
monis prioꝝ ⁊ nouiſſimoꝝ ſcripta ſunt in
verbis nathan ꝓphete. ⁊ in libris ahie ſylo-
nitis: in viſione q̄3 addo videntis ɔtra ihero
boam filiū nabath. Regnauit aūt ſalomō
in ihr̄lm ſup omnem iſrl̄: quadragita annis
Dormiuitq3 cū patribꝫ ſuis: et ſepelierunt
eū in ciuitate dauid: regnauitq3 roboam fi
lius eius ꝓ eo. CA. X.

Profectus eſt aūt roboam in ſichem
illuc em̄ cūctus iſrl̄ ɔuenerat vt ɔſti
tuerēt eum regem. Qd̄ cū audiſſet
iheroboam filius nabath qui erat i egipto.
fugerat quippe illuc ante ſalomonē. ſtatim
reuerſus eſt. Vocauerūtq3 eū ⁊ venit cum
vniuerſo iſrl̄. ⁊ locuti ſunt ad roboam dicē
tes. Pater tuus duriſſimo iugo nos p̄ſſit.
tu leuiora impera patri tuo qui nobis ipo-
ſuit grauem ſeruitutem: ⁊ paululū de one-
re ſubleua. vt ſeruiam⁹ tibi. Qui ait. Poſt
tres dies reūtimi ad me. Cūq3 abiiſſet ꝑpl̄s
iniit ɔſiliū cū ſenibꝫ qui ſteterāt cū patre ei
us ſalomōe dū adhuc viueret dicēs. Quid
datis ɔſilii vt reſpōdeam ꝑplo? Qui dixerūt
ei. Si placueris populo huic et lenieris eos
verbis clementibꝫ: ſeruient tibi omni tem-
pore. At ille reliquit ɔſiliū ſenū: ⁊ cū iuueni
bꝫ tractare cepit qui cū eo nutriti fuerāt.
⁊ erant in comitatu illius. Dixitq3 ad eos.
Quid vobis videt̄. vel reſpōdere quid debeo
populo huic qui dixit mihi. Subleua iugū
qd̄ impoſuit nobis pater tu⁹? At illi reſpō-
derūt vt iuuenes et nutriti cū eo in delicijs
atq3 dixerūt. Sic loqueris populo qui dix-
it tibi. pater tu⁹ aggrauauit iugū noſtrū
tu ſubleua: ⁊ reſpōdebis ei. Minim⁹ digit⁹
meus: groſſior eſt lumbis patris mei. Pat̄
meus impoſuit vobis graue iugū: et ego
maius pōdus apponam. Pater meus ceci-
dit vos flagellis: ego vero cedam vos ſcor-
pionibꝫ. Venit ḡ iheroboam ⁊ vniuerſus po
pulus ad roboam die tercio ſicut p̄ceperat
eis. Reſpōditq3 rex dura. derelicto ɔſilio ſe-
nioꝝ: locutuſq3 eſt iuxta iuuenū volūtatē.
Pater me⁹ graue vobis impoſuit iugū: qd̄
ego graui⁹ faciā. Pater me⁹ cecidit vos
flagellis: ego vero cedam vos ſcorpionibꝫ.
Et non acquieuit populi p̄cibꝫ. Erat em̄ vo
lūtatis dei: vt ɔpleret̄ ſermo eius. quē locu
tus fuerat ꝑ manū ahie ſylonitis ad ihero-
boam filiū nabath. Populus aūt vniuerſ⁹
rege duriora dicente: ſic locutus eſt ad eū.
Non eſt nobis pars in dauid: neq3 heredi-
tas in filio yſai. Reuertere in tabernacula
tua iſrl̄. Tu aūt paſce domū tuam dauid.
Et abiit iſrl̄ in tabernacula ſua. Super fili
os autē iſrl̄ qui habitabant in ciuitatibus
iuda: regnauit roboam. Miſitq3 rex roboā
aduram qui p̄erat tributis: ⁊ lapidauerūt
eum filii iſrl̄. ⁊ mortuus eſt. Porro rex ro-
boam currū feſtinauit aſcendere: ⁊ fugit i
ihr̄lm. Receſſitq3 iſrl̄ a domo dauid: vſq3 in
diem hāc. Factū eſt aūt cū audiſſet omnis
iſrl̄ q̄ reuerſus eſſet iheroboam: miſerunt
⁊ vocauerūt eū ɔgregato cetu ⁊ ɔſtituerūt
eum regem ſup omnē iſrl̄: nec ſecutus eſt
quiſpiā domū dauid p̄ter tribū iuda ſolā.
CA. XI.

Venit aūt roboam in ihr̄lm: ⁊ ɔuo-
cauit vniuerſā domū iuda ⁊ benia
min centū octogita milia electoꝝ atq3 bel
lantiū: vt dimicaret ɔtra iſrl̄ ⁊ ɔuerteret
ad ſe regnū ſuum. Factus eſt ſermo dn̄i ad
ſemeiam hominē dei dicens. Loquere ad ro
boam filiū ſalomonis regem iuda: ⁊ ad vni
uerſum iſrl̄. q̄ eſt in iuda et beniamin. Hec
dicit dn̄s. Nō aſcendetis neq3 pugnabitis
cōtra fratres veſtros: reuertat̄ vnuſquiſq3
in domū ſuam. q2 in ea hoc geſtū eſt volūta
te. Qui cū audiſſēt ſermonē dn̄i reuſi ſunt
nec ꝓrexerūt ɔtra iherobōā. Habitauit au
tē roboam in ihr̄lm: et edificauit ciuitates
muratas i iuda: extruxitq3 bethleē ⁊ ethā
⁊ thecue. bethſur q̄3 ⁊ ſocco ⁊ adollā necnō
⁊ geth ⁊ mareſa ⁊ ziph: ſed ⁊ adurā et la-
chis ⁊ azecha. ſaraa q̄3 ⁊ ahialon ⁊ hebron
que erant i iuda ⁊ beniamin: ciuitates mu-
nitiſſimas. Cūq3 clauſiſſet eas muris. poſu-
it i eis p̄ncipes ciboꝝq3 horr ea. hoc eſt olei
⁊ vini. Sed ⁊ in ſingulis vrbibꝫ fecit arma
m̄taria ſcutoꝝ ⁊ haſtaꝝ: firmauitq3 eas ſū
ma diligētia: ⁊ imperauit ſuper iuda ⁊ beni
amin. Sacerdotes aūt ⁊ leuite qui erant in
vniuerſo iſrl̄. venerūt ad eū de cūctis ſedibꝫ
ſuis: relinquētes ſuburbana ⁊ poſſeſſiones

ſuas ⁊ tranſeuntes ad iudam ⁊ ih͛lm: eo ꝙ abieciſſet eos ieroboā ⁊ poſteri ei9 ne ſacerdotio dn̄i fungerent: qui cōſtituit ſibi ſacerdotes excelſoꝝ ⁊ demonioꝝ vitulorūq; q̄s fecerat. Sed ⁊ de cūctis tribubꝫ iſrl' quecūq; dederant cor ſuū vt quererēt dn̄m deū iſrl. venerūt i ierusalē ad imolanduꝫ victimas ſuas corā dn̄o deo patrum ſuoꝝ: ⁊ roborauerunt regnū iuda: cōfirmauerūt roboā filium ſalomonis p tres annos. Ambulauerāt enī in vijs dauid ⁊ ſalomonis annis tm̄ tribus. Duxit aūt roboam vxorem maalath filiam ierimuth filij dauid: abiail quoq; filiā heliab filij yſai: que peperit ei filios ieus et ſomoriā ⁊ zoom. Poſt hanc quoq; accepit maachaz filiā abſolon: q̄ peperit ei abia et abi ⁊ ziza ⁊ ſalomith. Amauit aūt roboā maachaz filiaꝫ abſolon: ſup omēs vxores ſuas ⁊ cōcubinas. Nam vxores decē ⁊ octo duxerat: cōcubinas aūt ſexaginta: ⁊ genuit viginti octo filios ⁊ ſexaginta filias. Conſtituit vero in capite abiā filiuꝫ maacha ducem ſuper omnes fratres ſuos: ipſum enim regem facere cogitabat: quia ſapientior fuit ⁊ potentior ſup omnes filios ei9: ⁊ in cunctis finibꝫ iuda ⁊ beniamin ⁊ in vniuerſis ciuitatibus muratis. Prebuitq; eis eſcas plurimas: ⁊ multas petiuit vxores. CA. XII.

Cumq; roboratū fuiſſet regnū roboam ⁊ cōfortatū: dereliquit legeꝫ dn̄i
c ⁊ omnis iſrl' cū eo. Anno aūt quinto regni roboam. aſcendit ſeſac rex egipti in ih͛lm quia peccauerūt dn̄o: cū mille ducentis curribꝫ ⁊ ſexaginta milibꝫ equitum. Nec erat numerus vulgi qđ venerat cū eo ex egipto: libies ſcꝫ ⁊ trogodite et ethiopes: cepitq; ciuitates munitiſſimas i iuda. ⁊ venit vſq; in ih͛lm. Semeias aūt ꝓpheta ingreſſus eſt ad roboam ⁊ principes iuda q̄ cōgregati fuerāt in ih͛lm fugientes ſeſac: Dixitq; ad eos. Hec dicit dn̄s. Vos reliquiſtis me: ⁊ ego reliqui vos in manu ſeſac. Cōſternatiq; principes iſrl' ⁊ rex dixerūt. Iuſt9 eſt dn̄s. Cūq; vidiſſet domin9 ꝙ humiliati eſſent: fact9 eſt ſermo dn̄i ad ſemeiā dicēs. Quia humiliati ſūt nō diſperdā eos: dabo q; eis pauxillū auxilij: ⁊ non ſtillabit furor meus ſup ih͛lm p manū ſeſac. Verūtamen ſeruiēt ei: vt ſciāt diſtantiā ſeruitutis mee ⁊ ſeruitutis regni terraruꝫ. Receſſit itaq; ſeſac rex egipti ab ieruſalē: ſublatis theſauris domus dn̄i ⁊ dom9 regis. omniaq; ſecū tulit. ⁊ clipeos aureos quos fecerat ſalomon ꝓ quibꝫ fecit rex eneos. et tradidit illos principibꝫ ſcutarioꝝ qui cuſtodiebant veſtibulum palacij. Cūq; introiret rex domum dei. veniebant ſcutarij ⁊ tollebāt eos iterūq; referebāt eos ad armamētariū ſuum. Verūtn̄ quia humiliati ſunt auerſa ē ab eis ira dn̄i: nec deleti ſunt penitus. Siquidē ⁊ in iuda inuenta ſunt opa bona. Cōfortatus ē ergo rex roboam i ih͛lm: atq; regnauit. Quadraginta aūt ⁊ vni9 anni erat cū regnare cepiſſet: ⁊ decem ⁊ ſeptē annis regnauit i ih͛lm vrbe quā elegit dn̄s: vt cōfirmaret nomē ſuū ibi. de cūctis tribubꝫ iſrl'. Nomen aūt matris eius naama amanites. Fecitq; malū ⁊ nō ꝑparauit cor ſuū vt q̄reret dn̄m. Opera vero roboam pͥma ⁊ nouiſſima ſcripta ſunt in libris ſemeie ꝓphete et addo videntis: ⁊ diligenter expoſita. Pugnaueruntq; aduerſum ſe roboam ⁊ ieroboam cūctis diebꝫ. Et dormiuit roboam cū patribꝫ ſuis ſepultuſq; ē in ciuitate dauid: et regnauit abia filius eius ꝓ eo. CA. XIII.

Anno octauodecimo regis ieroboā
a regnauit abia ſup iudam. Tribus annis regnauit in ih͛lm. Nomēq; matris eius michaia: filia vriel de gabaa: ⁊ erat bellum inter abia ⁊ ieroboam. Cūq; iniſſet abia certamen ⁊ haberet bellicoſiſſimos viros. ⁊ electoꝝ quadraginta milia: ieroboam cōſtruxit ecōtra aciem octoginta milia viroꝝ: qui ⁊ ipſi electi erāt ⁊ ad bella fortiſſimi. Stetit ergo abia ſup mōtē ſemerō. qui erat in effraim: ⁊ ait. Audi ieroboā et omnis iſrl'. Num ignoratis ꝙ dn̄s de9 iſrl' dederit regnū dauid ſup iſrl' i ſempiternū. ipſi ⁊ filijs eius in pactū ſalis. Et ſurrexit ieroboam filius nabath ſeruus ſalomonis filij dauid. ⁊ rebellauit cōtra dominū ſuum. Cōgregatiq; ſunt ad eū viri vaniſſimi ⁊ filij belial: ⁊ p̄ualuerūt cōtra roboam filiū ſalomonis. Porro roboam erat rudis ⁊ corde pauido: nec potuit reſiſtere eis. Nūc ergo vos dicitis ꝙ reſiſtere poſſitis regno dn̄i qđ poſſidet p filios dauid: Habetiſq; grandē ꝓpli multitudinē: atq; vitulos aureos quos fecit vobis ieroboam in deos. Et eieciſtis ſacerdotes domini filios aarō atq; leuitas: et



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Feciſtis vobis ſacerdotes ſic oēs ppli terrarū·
Quicūqꝫ venerit et iniciauerit manū ſuā in
thauro: in bobꝰ· ⁊ in arietibꝰ ſeptē: fit ſacē
dos eorū qui non ſunt dij· Noſter aūt dñs
deus eſt: quē non relinquimꝰ· Sacerdotes
qꝫ miniſtrant dño d̄ filijs aarō: ⁊ leuite ſūt
in ordine ſuo: olocauſta qꝫ offerūt dño per
ſingulos dies· mane ⁊ veſpere· et thimiama
iuxta legis p̄cepta ꝯfectū: ⁊ ꝓponūt panes
in menſa mūdiſſima· Eſtqꝫ apud nos cāde=
labrū aureū· ⁊ lucerna eiꝰ: vt accēdant̄ ſp
ad veſperā· Nos quippe cuſtodimꝰ p̄cepta
dñi dei noſtri: quez vos reliquiſtis· Ergo in
exercitu noſtro dux deus ē: ⁊ ſacerdotes ei
us qui clangūt tubis ⁊ reſonant ꝯtra vos·
Filij iſrl̄· Nolite pugnare ꝯtra dñm deū pa
trū veſtroꝝ: q2 non vobis expedit· Hec il=
lo loquēte: iheroboam retro moliebat̄ inſi=
dias· Cūqꝫ ex adūſo hoſtium ſtaret: igno=
rantē iudā ſuo ambiebat exercitu· Reſpici
enſqꝫ iudas vidit inſtare bellū ex aduerſo ⁊
poſt tergū: ⁊ clamauit ad dñm ac ſacerdo=
tes tubis ca⁻ere ceperūt: omneſqꝫ viri iuda
vociferati ſunt· Et ecce illis clamātibꝰ: per
terruit deus iheroboam ⁊ omnē iſrl̄ qui ſta
bat ex aduerſo abia ⁊ iuda fugerūtqꝫ filij
iſrl̄ iudā: ⁊ tradidit eos deus in manu eoꝝ
Percuſſit ḡ eos abia et populus eiꝰ plaga
magna: ⁊ corruerūt vulnerati ex iſrl̄ quīq̄=
ginta milia viroꝝ fortiū· Humiliatiqꝫ ſūt
filij iſrl̄ in tp̄e illo· ⁊ vehemētiſſime ꝯforta=
ti filij iuda: eo ꝙ ſperaſſent in dño deo pa=
trū ſuoꝝ· Perſecutus ē aūt abia fugiētez
iheroboam: ⁊ cepit ciuitates eius· bethel et
filias eius· ⁊ iheſana cum filiabꝰ ſuis· effron
qꝫ ⁊ filias eiꝰ Nec valuit vltra reſiſtere ihe
roboam in diebꝰ abia· Quem ꝑcuſſit dñs ⁊
mortuus eſt· Igit̄ abia ꝯfortato iperio ſuo
accepit vxores quatuordecim: ꝓcreauitqꝫ
vigintiduos filios· ⁊ ſedeci filias· Reliqua
aūt ſermonū abia viarūqꝫ ⁊ operū eiꝰ: ſcri
pta ſūt diligētiſſime i libro addo prophete

CA. XIIII.

b Dormiuit aūt abia cū patribꝰ ſuis:
et ſepelierūt eū in ciuitate dauid·
Regnauitqꝫ aſa filius eiꝰ ꝓ eo· In cuiꝰ di=
ebꝰ quieuit terra annis decem· Fecit ḡ aſa
qd̄ bonū ⁊ placitum erat in cōſpectu dei ſui·
⁊ ſubuertit altaria peregrini cultꝰ· ⁊ excel
ſa· ⁊ ꝯfregit ſtatuas: lucoſqꝫ ſuccidit: ⁊ pre
cepit iude vt quereret dñm deum patrū ſu=
orū· ⁊ faceret legē· et vniuerſa mandata·
Et abſtulit de cūctis vrbibus iuda aras et
fana: ⁊ regnauit in pace· Edificauit qꝫ vr=
bes munitas in iuda· q2 quietus erat ⁊ nul
la tp̄ibus eius bella ſurrexerāt· pacē domi=
no largiente· Dixit aūt iude· Edificemus
ciuitates iſtas· ⁊ vallemus muris· ⁊ robore
mus turribꝰ ⁊ portis et ſeris· donec a bellis
quieta ſunt omnia: eo ꝙ q̄ſierimus dñm de
um patrū noſtroꝝ et dederit nobis pacem
per girū· Edificauerūt igit̄· ⁊ nullum in ex
truendo impedimentū fuit· Habuit autem
aſa i exercitu ſuo portantiū ſcuta et haſtas
de iuda trecēta milia: de beniamin vero ſcu
tarioꝝ ⁊ ſagittarioꝝ ducentaoctogita mi
lia· Omneſqꝫ iſti viri fortiſſimi· Egreſſus ē
aūt ꝯtra eos zara ethiops cū exercitu ſuo
decies centena milia: ⁊ curribꝰ trecentis: ⁊
venit vſqꝫ mareſa· Porro aſa perrexit obuiā
ei: ⁊ inſtruxit aciem ad bellū in valle ſepha
ta que eſt iuxta mareſa· et inuocauit dñm
deum ⁊ ait· Dñe non eſt apud te vlla diſtā
tia· vtrū in paucis auxilieris aut i pluribꝰ
adiuua nos dñe deus noſter· In te eīm ⁊ in
tuo nomine habētes fiduciā: venimꝰ cōtra
hanc multitudinē· Dñe deus noſter tu es:
non p̄ualeat ꝯtra te homo· Exterruit itaqꝫ
dñs ethiopes corā aſa ⁊ iuda· Fugeruntqꝫ
ethiopes ⁊ ꝑſecutus eſt eos aſa ⁊ populus
qui cū eo erat vſqꝫ gerara· Et ruerūt ethi
opes vſqꝫ ad internitionē: q2 dño cedēte ꝯt
ti ſunt ⁊ exercitu illiꝰ p̄liante· Tulerunt ḡ
ſpolia multa: ⁊ ꝑcuſſerunt ciuitates omnes
ꝑ circuitū gerare: grandis quippe cūctos
terror inuaſerat: ⁊ diripuerūt vrbes: ⁊ mul
tam p̄dam aſportauerūt: ſed ⁊ caulas ouiū
deſtruentes tulerūt pecoꝝ infinitam multi
tudinē cameloꝝ: reūſiqꝫ ſunt in iheruſalē·

CA. XV.

a Zarias aūt filius obed facto in ſe
ſpiritu dei· egreſſus eſt in occurſuz
aſa ⁊ dixit ei· Audite me aſa· ⁊ omnis iuda
et beniamin· Dñs vobiſcū q2 fuiſtis cuz eo
Si queſieritis eū: inuenietis· Si aūt dereli
queritis: derelinquet vos· Tranſibūt autē
multi dies in iſrl̄ abſqꝫ deo vero· et abſqꝫ ſa
cerdote· abſqꝫ doctore qꝫ et abſqꝫ lege· Cū
qꝫ reuerſi fuerint in anguſtia ſua ad domi=
nū deū iſrl̄ et queſierint eum: reperient eum

In tempore illo non erit pax egredienti et
ingredienti: ſed terrores vndiqꝫ in cūctis
habitatoribꝫ terrarū. Pugnabit enī gens
ↄtra gentē: ⁊ ciuitas ↄtra ciuitatē: qꝛ dn̄s
ↄturbabit eos in omni āguſtia. Vos ergo
ↄfortamini. ⁊ nō diſſoluant̄ manus veſtre:
erit enī merces opi veſtro. Qd̄ cū audiſſet
aſa verba ſcꝫ ⁊ ꝓphetiam azarie filij obeth
ꝓphete ↄfortatus ē: et abſtulit ydola de oī
t̄ra iuda ⁊ d̄ beniamin ⁊ ex vrbibꝫ q̄s cepat
montis effraim. et dedicauit altare dn̄i qd̄
erat ante porticū dn̄i: ↄgregauitqꝫ vniu̇ſū
iudam ⁊ beniamin: ⁊ aduenas cū eis de ef
fraim ⁊ manaſſe ⁊ de ſymeon. Plures enim
ad eū ↄfugerāt ex iſrl̄: vidētes ꝙ dn̄s deus
illiꝰ eſſet cū eo. Cūqꝫ veniſſent in ihr̄lm mē
ſe tercio anno decimoquītꝫ regni aſa: imo
lauerūt dn̄o in die illa de manubijs: ⁊ p̄daꝫ
quā adduxerant. boues ſeptingētos. ⁊ ari
etes ſeptē milia: ⁊ intrauit ex more ad cō
roborandū fedus: vt quererent dn̄m deum
patrū ſuoꝝ in toto corde ⁊ in tota aīa ſua.
Siquis aūt inquit non q̄ſierit dn̄m deū iſrl̄:
moriat̄ a minimo vſqꝫ ad maximum a viro
vſqꝫ ad mulierem. Jurauerūtqꝫ dn̄o voce
magna in iubilo ⁊ in clangore tube ⁊ i ſoni
tu bucinarū. omnes qui erant in iuda cum
execratione. In omni enī corde ſuo iuraue
rūt ⁊ in tota voluntate queſierūt eū ⁊ inue
nerūt. Preſtititqꝫ eis dn̄s requiem ꝑ circū
itū. Sed ⁊ maachā matrē aſa regis ex au-
guſto depoſuit imperio: eo ꝙ feciſſet i luco
ſimulacrū p̄api qd̄ omne ↄtriuit. ⁊ i fruſta
cōminuens ↄbuſſit in torrente cedron. Ex-
celſa aūt derelicta ſunt in iſrl̄. Attamē cor
aſa erat ꝑfectū cunctis diebꝫ eius. Ea q̄ vo
uerat pater ſuus ⁊ ip̄e intulit in domū dn̄i
argentū ⁊ aurū vaſoꝝqꝫ diuerſam ſuppel-
lectilem. Bellū vero nō fuit vſqꝫ ad triceſi
mū annū regni aſa. CA. XVI.

Anno aūt triceſimoſexto regni eiꝰ
aſcendit baaſa rex iſrl̄ in iudam et
muro circūdabat rama: vt nullus
tute poſſit egredi ⁊ ingredi de regno aſa.
Protulit aūt aſa argētū ⁊ aurū de theſau
ris domus dn̄i ⁊ de theſauris regis: miſitqꝫ
ad benadab regē ſirie qui habitabat in da
maſco dicens. Fedus inter te ⁊ me ē. Pat̄
q̄ꝫ meus ⁊ pater tuus habuere ↄcordiā: q̄ꝓ
obrem miſi tibi argentū ⁊ aurū: vt rupto
federe qd̄ habes cuꝫ baaſa rege iſrl̄ facias
eum a me recedere. Quo cōperto benadab
miſit p̄ncipes exercituū ſuoꝝ ad vrbes iſrl̄
qui percuſſerūt abion ⁊ dan ⁊ abel maim ⁊
vniuerſas vrbes muratas. Qd̄ cū audiſſet
baaſa deſiit edificare rama: et intermiſit
opus ſuū. Porro aſa rex aſſumpſit vniuer
ſum iuda ⁊ tulerūt lapides d̄ rama ⁊ ligna
que edificationi p̄parauerat baaſa: edifi-
cauitqꝫ ex eis gabaa et maſpha. In tēpore
illo venit anani ꝓpheta ad aſa regē iuda: ⁊
dixit ei. Quia habuiſti fiduciā in rege ſirie
⁊ nō i dn̄o deo tuo idcirco euaſit ſirie regis
exercitus de manu tua. Nōne ethiopes et
libies multo plures erāt quadrigis ⁊ equi
tibꝫ ⁊ multitudine nimia: quos cuꝫ in dn̄o
credidiſſes: tradidit in manu tua? Oculi
enī dn̄i ↄtemplant̄ vniuerſam terrā: ⁊ p̄bēt
fortitudinē his qui corde ꝑfecto credūt in
eū. Stulte igit̄ egiſti: ⁊ ꝓpter hoc etiā p̄ſen
ti tempore aduerſum te bella conſurgent.
Iratuſqꝫ aſa aduerſꝰ vidētem iuſſit eū mit
ti in neruū. Valde quippe ſup hoc fuerat do
minus indignatꝰ ⁊ interfecit de populo in
t̄pe illo plurimos. Opera aūt aſa p̄ma ⁊ no
uiſſima ſcripta ſunt in libro regum iuda ⁊
iſrl̄. Egrotauit etiā aſa anno triceſimono-
no regni ſui dolore pedū vehementiſſimo: ⁊
nec in infirmitate ſua queſiuit dn̄m: ſꝫ ma-
gis in medicoꝝ arte ↄfiſus ē. Dormiuitqꝫ
cū patribꝫ ſuis ⁊ mortuus ē anno q̄dragē
ſimop̄mo regni ſui: ⁊ ſepelierūt eū in ſepul
chro ſuo qd̄ fod̄rat ſibi i ciuitate dd̄. Poſu
erūtqꝫ eū ſup lectulū ſuū plen̄ aromatibꝫ ⁊
vnguentis meretricijs: que erant pigmen
tarioꝝ arte ↄfecta: ⁊ ↄbuſſerūt ſup eū am
bitione nimia. CA. XVII.

Regnauit aūt ioſaphat filius eius
ꝓ eo: ⁊ inualuit ↄtra iſrl̄. Cōſtituit
qꝫ militū numeros in cūctis vrbibꝫ
iuda que erāt vallate muris: p̄ſidiaqꝫ diſpo
ſuit in terra iuda ⁊ in ciuitatibꝫ effraim q̄s
ceperat aſa pater eius. Et fuit dn̄s cū ioſa
phat: qꝛ ambulauit i vijs dauid patris ſui
p̄mis. ⁊ non ſperauit in baalim ſed i deo pa
tris ſui: ⁊ ꝑrexit in p̄ceptis illius ⁊ nō iuxta
peccata iſrl̄. Cōfirmauitqꝫ dn̄s regnū i ma
nu eius: et dedit oīs iuda munera ioſaphat
factequ ſunt ei infinite diuitie ⁊ multa gl̄a
Cūqꝫ ſumpſiſſet cor eius audaciam. ꝓpter

457

vias domini: etiam excelſa ⁊ lucos de iuda
abſtulit. Tercio autē anno regni ſui miſit
de pn̄cipibꝰ ſuis benail ⁊ obdiā ⁊ zachariā.
et nathanael et micheam. vt doceret in ci-
uitatibꝰ iuda: ⁊ cū eis leuitas ſemeiā ⁊ na
thaniā ⁊ zabadiā. aſahel qꝫ ⁊ ſemiramoth.
⁊ ionathā. adonāqꝫ ⁊ thobiā ⁊ thobadoniā
leuitas: ⁊ cū eis eliſāa ⁊ iorā ſacerdotes. Do-
cebāt ꝓplm̄ ī iuda. habentes librū legis dn̄i
⁊ circuibant cūctas vrbes iuda: atqꝫ erudi
ebant populū. Itaqꝫ factus eſt pauor dn̄i
ſup omnia regna terrarū. que erāt ꝑ girū
iuda: nec audebāt bellare cōtra ioſaphat.
Sed et philiſtei: ioſaphat munera defere-
bant. ⁊ vectigal argenti. Arabes qꝫ addu-
cebāt pecora arietū. ſeptē milia ſeptingen
tos. ⁊ hircos totidem. Creuit g̃ ioſaphat
et magnificatus ē vſqꝫ in ſublime: atqꝫ edi
ficauit ī iuda domos ad iſtar turriū vrbeſqꝫ
muratas: ⁊ multa opa patrauit ī vrbibꝰ iu
da. Viri qꝫ bellatores ⁊ robuſti erāt in ihe
ruſalē: quorū iſte numerꝰ ꝑ domos atqꝫ fa
milias ſingulorū. In iuda pn̄ceps exercitꝰ
ednas dux: ⁊ cū eo robuſtiſſimorū viri tre
centa milia Poſt hunc iohannan pn̄ceps:
et cum eo ducenta octoginta milia. Poſt
illum qꝫ amaſias filiꝰ zechri ꝯſecratꝰ dn̄o:
et cū eo ducenta milia virorū fortiū. Hūc
ſequebat̄ robuſtus ad ꝓlia eliada: ⁊ cū eo
tenentium arcū ⁊ clipeū ducenta milia Pꝰ
iſtum etiā iozabad: et cū eo centū octogin
ta milia expeditorū militū. Hi omnes erāt
ad manū regis: exceptis alijs qs poſuerat
in vrbibꝰ muratis. ⁊ in vniuerſo iuda.

CA. XVIII.

F Vit g̃ ioſaphat diues ⁊ inclitꝰ ml̄
tum: ⁊ affinitate cōiunctꝰ ē achab
deſcenditqꝫ poſt annos ad eum in ſamariā.
Ad cuiꝰ aduentum mactauit achab arie-
tes ⁊ boues plurimos ipſi et ꝓplo qui vene-
rat cū eo: pſuaſitqꝫ illi vt aſcenderet in ra-
moth galaath. Dixitqꝫ achab rex iſrl̄ ad
ioſaphat regē iuda. Veni mecū in ramoth
galaath. Cui ille reſpōdit. Vt ego et tu: ſic
populus tuus ſic et populus meꝰ: tecumqꝫ
erimꝰ in bello Dixit ioſaphat ad regē iſrl̄.
Conſule obſecro in preſentiarū ſermonem
dn̄i. Congregauit igit̄ rex iſrl̄ ꝓphetarum
quadringentos viros: et dixit ad eos. In
ramoth galaath ad bellandū ire debemus.
an quieſcere? At illi aſcēde inquiūt: ⁊ tradet
deus in manu regis. Dixitqꝫ ioſaphat. Nū
quid non eſt hic ꝓphetes dn̄i: vt ab illo eti
am requiramꝰ? Et ait rex iſrl̄ ad ioſaphat
Eſt vir vnus a quo poſſumꝰ querere dn̄i vo
luntatem: ſed ego odi eū qꝛ nō ꝓphetat mi
hi bonū. ſed malum omni tp̄e. Eſt aūt mi-
cheas filiꝰ iemla. Dixitqꝫ ioſaphat. Ne lo
quaris rex hoc modo. vocauit g̃ rex vnū de
eunuchis: et dixit ei. Voca cito micheā fili
um iemla Porro rex iſrl̄ et ioſaphat rex iu
da. vterqꝫ ſedebant in ſolio ſuo: veſtiti cultu
regio. Sedebant aūt in area iuxta portam
ſamarie: omneſqꝫ ꝓphete vaticinabant̄ co-
ram eis. Sedechias vero filiꝰ chanana fe-
cit ſibi cornua ferrea et ait Hec dicit dn̄s.
His ventilabis ſiriā: donec ꝯteras eā. Oēs
qꝫ ꝓphete ſimilit̄ ꝓphetabant: atqꝫ dicebāt
Aſcende ī ramoth galaath ⁊ ꝓſperaberis:
et tradet eos dn̄s in manu regis. Nuncius
aūt qui ierat ad vocandū micheam ait illi.
En verba omniū ꝓphetarū vno ore bona re
gi ānunciāt Queſo g̃ te vt ⁊ ſermo tuꝰ ab
eis nō diſſentiat: loquariſqꝫ ꝓſpera. Cui re
ſpōdit micheas. Viuit dn̄s: qꝛ qdcūqꝫ dixe-
rit mihi deꝰ meus hoc loqr. Venit g̃ ad regē
Cui rex ait. Michea: ire debemꝰ ī ramoth
galaath ad bellādū an qeſcere? Cui ille re
ſpōdit. Aſcēdite: cūcta eñi ꝓſpere euenient:
⁊ tradent̄ hoſtes ī manꝰ vr̄as Dixitqꝫ rex. Ite
rū atqꝫ iterū te adiuro: vt mihi non loqua-
ris niſi qd verū eſt in noīe dn̄i. At ille ait.
Vidi vniuerſum iſrl̄ diſperſum ī montibꝰ: ſi
cut oues abſqꝫ paſtore. Et dixit dn̄s. Non
habēt iſti dn̄os: reuertat̄ vnuſquiſqꝫ in do-
mū ſuā in pace. Et ait rex iſrl̄ ad ioſaphat
Nōne dixi tibi qꝙ non ꝓphetaret iſte mihi
quicq̄ boni: ſed ea q̄ mala ſunt? At ille idc̄
co ait. Audite verbum dn̄i. Vidi dominum
ſedētem in ſolio ſuo: ⁊ omnem exercitū celi
aſſiſtentem ei a dextris. ⁊ a ſiniſtris. Et dix
it dn̄s. Quis decipiet achab regem iſrl̄ vt
aſcendat ⁊ corruat ī ramoth galaath? Cū
qꝫ diceret vnꝰ hoc modo ⁊ alt̄ alio: ꝓceſſit
ſpiritus ⁊ ſtetit corā dn̄o ⁊ ait. Ego decipi
am eum. Cui dn̄s. In quo inquit decipies?
At ille reſpondit. Egrediar: ⁊ ero ſpiritus
mendax in ore omniū ꝓphetarū eiꝰ. Dixit
qꝫ dn̄s. Decipies ⁊ ꝑualebis: egredē ⁊ fac
ita Nūc igit̄ ecce dn̄s dedit ſpiritū mēdacij

in ore omniū ꝓphetaꝝ tuoꝝ: ⁊ dn̄s locutꝰ
eſt de te mala. Acceſſit aūt ſedechias filiꝰ
chanana: et ꝑcuſſit michee maxillā. et ait.
Per quam viam tranſiuit ſpiritꝰ dn̄i a me
vt loqueret̄ tibi? Dixitq̄ micheas Tu ipe
videbis in die illo: quando ingreſſus fueris
cubi culū de cubiculo. vt abſcondaris Pre
cepit aūt rex iſrl̄ dicens. Tollite micheam
⁊ ducite eū ad āmon p̄ncipem ciuitatis. et
ad ioas filium amelech: ⁊ dicetis. Hec dic̄
rex Mittite hunc i carcerē: ⁊ date ei panis
modicū: et aque pauxillū: donec reuertar ī
pace. Dixitq̄ micheas. Si reuerſus fueris
in pace: non eſt dn̄s locutus in me. Et ait.
Audite omnes ppl̄i. Igit̄ aſcenderunt rex
iſrl̄ ⁊ ioſaphat rex iuda ī ramoth galaath
Dixitq̄ rex iſrl̄ ad ioſaphat. Mutabo ha-
bitū. ⁊ ſic ad pugnā vadam: tu aūt indue̅
veſtibꝫ tuis. Mutatoq̄ rex iſrl̄ habitu vēit
ad bellū. Rex aūt ſirie preceperat ducibus
equitatus ſui dicens. Ne pugnetis. cōtra
minimū aut ꝯtra maximum niſi cōtra ſolū
regem iſrl̄: itaq̄ cū vidiſſent p̄ncipes equi
tatus ioſaphat: dixerūt. Rex iſrl̄ eſt iſte: et
circūdede rūt eum dimicantes. At ille cla-
mauit ad dn̄m. ⁊ auxiliatus ē ei: atq̄ auītit
eos ab illo. Cū eñ vidiſſent duces equita-
tus ꝙ non eſſet rex iſrl̄: reliquerūt eū. Ac-
cidit aūt vt vnus e ppl̄o ſagittam in icertū
iaceret: ⁊ ꝑcuteret̄ regez iſrl̄ inter ceruicē
⁊ ſcapulas. At ille aurige ſuo ait. Cōuerte
manū tuam. ⁊ educ me de acie: quia vulne
ratus ſum. Et finita eſt pugna in die illo.
Porro rex iſrl̄ ſtabat ī curru ſuo ꝯtra ſiros
vſq̄ ad veſperā: ⁊ mortuꝰ eſt occidēte ſole.

CA. XIX.

r Euerſus eſt aūt ioſaphat rex iuda
in domū ſuam pacifice in iheruſalē
Cui occurrit iehu filius anani videns: ⁊ ait
ad eū. Impio prebes auxiliū: ⁊ his q̄ oderūt
dn̄m amicicia iūgeris: ⁊ idcirco irā quidem
dn̄i merebaris: ſed bona opa inuenta ſunt ī
te: eo ꝙ abſtuleris lucos d̄ tērā iuda. ⁊ p̄pa
raueris cor tuum vt requireres dn̄m deum
patrū tuoꝝ. Habitauit ḡ ioſaphat in ihe-
ruſalem. Rurſumq̄ egreſſus eſt ad populuz
de berſabee vſq̄ ad montē effraim: ⁊ reuo-
cauit eos ad dn̄m deū patrum ſuoꝝ: ꝯſtitu
itq̄ iudices terre in cūctis ciuitatibꝫ iuda
munitis ꝑ ſingula loca: et p̄cipiēs iudici bꝫ
Videte ait quid faciatis. Non eñ hominis
exercetis iudiciū ſed dn̄i: ⁊ quodcūq̄ iudi-
caueritis in vos redūdabit. Sit timor dn̄i
vobiſcum: ⁊ cū diligentia cūcta facite. Nō
eſt eñ apud dn̄m deū noſtrū iniquitas: nec
pſonarū acceptio: nec cupido munerū. In
ihrlm q̄q̄ ꝯſtituit ioſaphat leuitas ⁊ ſacer-
dotes ⁊ p̄ncipes familiarū ex iſrl̄ vt iudici-
um ⁊ cauſam dn̄i iudicarēt habitatoribus
eius: p̄cepitq̄ eis dicens. Sic agetis in ti-
more dn̄i fideliter et corde pfecto. Omnem
cauſam q̄ venerit ad vos fratrū veſtroꝝ q̄
habitant in vrbibꝫ ſuis. inter cognatōnez
⁊ cognationē vbicūq̄ queſtio eſt de lege d̄
mandato. de cerimonijs. de iuſtificationibꝫ
oſtendite eis vt nō peccent in dn̄m: ⁊ ne ve
niat ira ſup vos et ſup fratres veſtros. Sic
ḡ agentes non peccabitis. Amarias autez
ſacerdos et pōtifex veſter in his q̄ ad deum
pertinent p̄ſidebit. Porro zabadias filius
iſmahel qui eſt dux in domo iuda ſup ea ope
ra erit q̄ ad regis officiū pertinent. Habe-
tiſq̄ magiſtros leuitas corā vobis: ꝯforta-
mini ⁊ agite diligenter: et erit dominus vo-
biſcū in bonis. CA. XX.

Oſt hec ꝯgregati ſunt filij moab ⁊
p filij āmon et cuz eis de āmonitis ad
ioſaphat: vt pugnarēt cōtra eum
Venerūtq̄ nuncij: ⁊ indicauerūt ioſaphat
dicentes Venit ꝯtra te multitudo magna
de his locis q̄ trans mare ſunt ⁊ de ſiria: et
ecce ꝯſiſtunt in aſaſōthamar q̄ ē engaddi.
Ioſaphat aūt timore pterritꝰ totū ſe ꝯtu
lit ad rogandum dn̄m ⁊ p̄dicauit ieiunium
vniuerſo iuda Cōgregatuſq̄ eſt iudas ad
dep̄candū dn̄m: ſed ⁊ omnes de vrbibꝫ ſuis
venerūt ad obſecrādū eū. Cūq̄ ſtetiſſet io
ſaphat in medio cetu iude ⁊ ihrlm in domo
dn̄i ante atriū nouum ait. Dn̄e deus patrū
noſtroꝝ tu es deus in celo ⁊ dominaris cun
ctis regnis gentiū. In manu tua eſt forti-
tudo ⁊ potentia: nec tibi quiſquā poteſt re-
ſiſtere. Nōne tu deꝰ noſter interfeciſti oēs
habitatores terre huius coraz populo tuo
iſrl̄. ⁊ dediſti eam ſemini abraam amici tui
in ſempiternū? Habitauerūtq̄ in ea: ⁊ ex-
truxerūt in illa ſanctuariū nomini tuo. di-
centes Si irruerint ſup nos mala. gladius
iudicij. peſtilentia ⁊ fames: ſtabimꝰ coram
domo hac in ꝯſpectu tuo. in q̄ inuocatū eſt

nomē tuū· ⁊ clamabimꝰ ad te ī t̄bulatōibꝫ
noſtris: et exaudies ſaluoſqꝫ facies· Nunc
igiť ecce filij āmon ⁊ moab ⁊ mons ſeir per
quos nō ꝯceſſiſti iſrl' vt tranſirent qn̄ egre
diebanť de egipto· ſed declinauerūt ab eis
⁊ non interfecerūt illos: ecōtrario agūt· ⁊
nitunť eijcere nos de poſſeſſione quā t̄didiſ
ti nobis deꝰ noſter· Ergo n̄ iudicabis eos?
In nobis quidē non eſt tanta fortitudo· vt
poſſimꝰ huic multitudini reſiſtere· q̄ irruit
ſup nos: ſꝫ cū ignoremꝰ q̄d agē debeamus
hoc ſolū habemꝰ reſidui· vt oculos noſtros
dirigamꝰ ad te· Omnis vero iuda ſtabat
corā dn̄o· cum puulis ⁊ vxoribus et liberis
ſuis· Erat autē iazihel filius zacharie filij
banaie filij iehihel filij mathanie leuites de
filijs aſaph: ſuper quē factꝰ eſt ſpiritꝰ dn̄i·
in medio turbe et ait· Attendite oīs iuda ⁊
qui habitatis in ihrl'm: ⁊ tu rex ioſaphat·
Hec dicit dn̄s vobis Nolite timere: nec pa
ueatis hanc multitudinē· Non eſt em̄ vr̄a
pugna: ſed dei· Cras deſcendetis ꝯtra eos·
Aſcenſuri em̄ ſunt ꝑ cliuum noīe ſis: ⁊ inue
nietis illos in ſūmitate torrentis q̄ eſt cōt̄
ſolitudinē iheruhel· Non em̄ eritis vos q̄ di
micabitis: ſed tm̄modo ꝯfidenter ſtate: ⁊ vi
debitis auxiliū dn̄i ſup vos· O iuda ⁊ ihrl'm
nolite timere nec paueatis: cr̄s egredie mini
ꝯtra eos: ⁊ dn̄s erit vobiſcū· Ioſaphat ḡ ⁊
iuda ⁊ oēs habitatores ihrl'm ceciderūt ꝓ
ni in terrā corā dn̄o: ⁊ adorauerūt eum·
Porro leuite de filijs caath ⁊ de filijs chore
laudabāt dn̄m deum iſrl' voce magna in ex
celſum· Cūqꝫ mane ſurrexiſſent egreſſi ſūt
ꝑ deſertū thecue: profectiſqꝫ eis ſtans ioſa=
phat in medio eoꝝ dixit· Audite me viri
iuda: ⁊ omnes habitatores ihrl'm· Credi=
te in dn̄o deo veſtro: ⁊ ſecuri eritis: credite
ꝓphetis eius: ⁊ cūcta euenient ꝓſpera· De
ditqꝫ ꝯſiliū ꝑplo: ⁊ ſtatuit cantores domini
vt laudarēt eum in turmis ſuis· ⁊ antece=
derēt exercitū: ac voce cōſona dicerēt· Cō
fitemini domino: quoniam in eternū miſe=
ricordia eiꝰ· Cūqꝫ cepiſſēt laudes canere:
vertit dn̄s inſidias eorū ī ſemetipos filioꝝ
ſcꝫ āmon ⁊ moab· ⁊ montis ſeir· qui egreſ
ſi fuerāt vt pugnarent cōtra iudam: ⁊ per
cuſſi ſunt· Nāqꝫ filij āmon ⁊ moab ꝯſurrex
erūt aduerſum habitatores mōtis ſeir: vt
interficerēt et delerēt eos· Cūqꝫ hoc opere
ꝑpetraſſēt: etiā ī ſemetipos verſi mutuiſqꝫ
ꝯcidere vulneribꝫ· Porro iudas cū veniſſet
ad ſpeluncam q̄ reſpicit ſolitudinem vidit
procul omnē late regionē plenam cadaue
ribꝫ: nec ſupeſſe quēquam qui necem potu
iſſet euadere· Venit ḡ ioſaphat et oīs ꝑplꝰ
cum eo ad detrahēda ſpolia mortuoꝝ: inuē
nerūtqꝫ inter cadauera variā ſuppelle ctile
veſtes q̄ꝫ ⁊ vaſa ꝑcioſiſſima· et diripuerūt:
ita vt omnia portare non poſſent nec ꝑ tres
dies ſpolia auferre· ꝑ prede magnitudine·
Die aūt quarto ꝯgregati ſunt in valle be=
nedi ctionis· Etem̄ qm̄ ibi bn̄dixerūt dn̄o:
vocauerūt locū illum vallis benedictionis·
vſqꝫ in ꝑſentē diem· Reuerſuſqꝫ eſt oīs vir
iuda ⁊ habitatores ihrl'm· ⁊ ioſaphat ante
eos in ihrl'm cum leticia magna: eo ꝙ dediſ
ſet eis dn̄s gaudiū de inimicis ſuis· Ingreſ
ſiqꝫ ſūt ī ihrl'm cū pſalterijs ⁊ citharis ⁊ tu
bis in domum dn̄i· Irruit aūt pauor dn̄i ſu
per vniuerſa regna terrarū: cum audiſſent
ꝙ pugnaſſet dn̄s ꝯtra inimicos iſrl': q̄euit
qꝫ regnū ioſaphat: et ꝑbuit ei pacē dn̄s ꝑ
circuitum· Regnauit igiť ioſaphat ſup iu=
dam: ⁊ erat triginta quinqꝫ annoꝝ cū reg=
nare cepiſſet· Viginti aūt ⁊ quiqꝫ annis re
gnauit in ihrl'm: ⁊ nomē matris eiꝰ azuba
filia ſelachi: et ambulauit in via patris ſui
aſa: nec declinauit ab ea faciens q̄ placita
erant coraꝫ dn̄o· Verūtn̄ excelſa n̄ abſtulit
⁊ adhuc populus non direxerat cor ſuū ad
dn̄m deum patrū ſuoꝝ· Reliqua aūt geſto
rū ioſaphat ꝑoꝝ ⁊ nouiſſimoꝝ ſcripta ſūt
ī verbis iehu filij anani q̄ digeſſit ī libro re
gū iſrl'· Poſt hec iniit amicicias ioſaphat
rex iuda cū ochozia rege iſrl' cuiꝰ opa fue=
rūt impijſſima: ⁊ particeps fuit vt faceret
naues q̄ irent in tharſis: fecerūtqꝫ claſſem
in aſiōgaber· Prophetauit aūt eliezer filiꝰ
dodan de mareſa ad ioſaphat dicēs· Quia
habuiſti fedus cū ochozia· ꝑcuſſit dn̄s opa
tua: ꝯtriteqꝫ ſunt naues: nec potuerūt ire in

CA. XXI. tharſis·

b Dormiuit autē ioſaphat cū patribꝫ
ſuis: ⁊ ſepultus eſt cū eis ī ciuitate
dauid: regnauitqꝫ ioram filiꝰ eius pro eo·
Qui habuit fratres filios ioſaphat: azariā
⁊ iahihel· et zachariam et· azariam ⁊ mich
ahel· et ſaphaciam· Omnes hi filij ioſaphat
regis iuda· Deditqꝫ eis pater ſuus multa

munera argenti et auri: ⁊ penſatões cum
ciuitatibꝫ munitiſſimis in iuda: regnuz aũt
tradidit ioram eo ꝙ eſſet ꝑmogenitꝰ. Sur
rexit aũt iorã ſup regnũ patris ſui. Cũqꝫ
ſe ꝯfirmaſſet: occidit omnes fratres ſuos
gladio. ⁊ quoſdã de pñcipibꝫ iuda. Trigi
taduoꝝ annoꝝ erat ioram cũ regnare ce-
piſſet: ⁊ octo annis regnauit in ihrlm: ãbu
lauitqꝫ in vijs regũ iſrl' ſicut egerat domꝰ
achab. Filia quippe achab erat vxor eiꝰ.
Et fecit malũ in cõſpectu dñi. Noluit aũt
dñs diſperdere domũ dauid ꝓpter pactum
qd inierat cũ eo: ⁊ qꝛ promiſerat vt daret
ei lucernam et filijs eiꝰ omni tempore. In
diebꝫ illis rebellauit edom ne eſſet ſubditꝰ
iude: ⁊ ꝯſtituit ſibi regem. Cũqꝫ tranſiret
ioram cũ pñcipibꝫ ſuis. ⁊ cuncto equitatu
qui erat ſecũ: ſurrexit nocte. ⁊ pcuſſit edom
q̃ ſe circũdederat. ⁊ oẽs duces equitatꝰ eiꝰ
Attamẽ rebellauit edom ne eſſet ſub ditõe
iuda vſqꝫ ad hanc diez. Eo tempore ⁊ lob
na receſſit ne eſſet ſub manu illiꝰ. Dereliq̃
rat eñ dñm deum patrũ ſuoꝝ: inſup ⁊ ex-
celſa fabricatꝰ eſt in vrbibꝫ iuda: ⁊ forni-
cari fecit habitatores ihrlm: et ꝑuaricari
iudam. Allate ſunt autẽ ei littere ab helia
ꝓpheta: in quibꝫ ſcriptũ erat. Hec dicit do
minꝰ deus dauid patris tui. Quĩ nõ ambu
laſti in vijs ioſaphat patris tui. ⁊ i vijs aſa
regis iuda. ſ; inceſſiſti p iter regũ iſrahel.
⁊ fornicari feciſti iudã ⁊ habitatores ihe-
ruſalẽ. imitatus fornicationẽ domꝰ achab
inſuper ⁊ fratres tuos domũ patris tui me-
liores te occidiſti: ecce dñs pcutiet te pla
ga magna cũ populo tuo. ⁊ vxoribꝫ ⁊ filijs
tuis: vniuerſaqꝫ ſubſtãtia tua. Tu autem
egrotabis peſſimo languore vteri: donec
egrediant̃ vitalia tua paulatiz p ſingulos
dies. Suſcitauit ḡ dñs ꝯtra ioram ſpiritũ
philiſtinoꝝ ⁊ arabum. qui ꝯfines ſũt ethi-
opibꝫ: ⁊ aſcenderũt i terrã iuda ⁊ vaſtaue-
runt eam. Dirupuerũtqꝫ cũctam ſbſtãtiã
que inuenta eſt i domo regis: iſup et filios
eius et vxores. Nec remanſit ei filiꝰ niſi io
achã: qui minimus natu erat. Et ſuper hec
omnia pcuſſit eum dñs alui lãguore inſa-
nabili. Cũqꝫ diei ſuccederet dies. ⁊ tempo-
rum ſpacia voluerent̃. duoꝝ ãnoꝝ expletꝰ
eſt circulus: ⁊ ſic longa ꝯſumptꝰ tabe. ita
vt egereret etiã viſcera ſua languore pitẽ

et vita caruit. Mortuuſqꝫ ẽ in infirmitate
peſſima: ⁊ non fecit ei populꝰ ſcdm morem
ꝯbuſtionis exequias. ſicut fecerat maiori-
bus eius. Trigintaduoꝝ annoꝝ fuit cum
regnare cepiſſet: ⁊ octo annis regnauit in
ihrlm. Ambulauitqꝫ non recte: ⁊ ſepelierũt
eũ in ciuitate dauid: verũtñ ñ in ſepulchro
CA. XXII. regũ.

Onſtituerũt aũt habitatores ihe-
ruſalẽ ochoziam filiũ eius minimũ
regem ꝓ eo. Omnes eñ maiores natu qui
ante eũ fuerãt: interfecerãt latrones ara
bũ qui irruerãt i caſtra. Regnauitqꝫ ocho-
zias filius ioram regis iuda: quadraginta
duoꝝ annoꝝ erat ochozias cũ regnare ce
piſſet: ⁊ vno anno regnauit in ihrlm: ⁊ no-
men matris eiꝰ athalia filia amri. Sed et
ipſe igreſſus eſt p vias domꝰ achab. Ma-
ter eñ eius i impulit eum vt impie ageret.
Fecit igit̃ malũ in ꝯſpectu dñi ſicut domus
achab. Ipſi eñ fuerũt ei ꝯſiliarij poſt mor-
tem patris ſui in interitũ eius: ãbulauitqꝫ
in ꝯſilijs eoꝝ. Et perrexit cũ iorã filio ach-
ab rege iſrl' in belluz ꝯtra aſahel regẽ ſirie
in ramoth galaath: vulnerauerũtqꝫ ſiri io
ram. Qui reuerſus vt curaret̃ in ieſrahel.
Multas eñ plagas acceperat i ſupradicto
certamine. Igit̃ ochozias filiꝰ iorã rex iu-
da deſcendit vt inuiſeret iorã filiuz achab
in ieſrahel egrotantẽ. Volũtatis quippe fu
it dei aduerſus ochoziã. vt veniret ad iorã.
Et cũ veniſſet ⁊ egrederet̃ cũ eo aduerſum
iehu filiũ nãſi que vnxit dñs vt deleret do-
mũ achab: cũ ḡ euerteret iehu domũ ach-
ab inuenit principes iuda ⁊ filios fratrum
ochozie qui miniſtrabãt ei. ⁊ interfecit illos.
Ipſum qꝫ pquirens ochoziã ꝯprehẽdit lati
tantem i ſamaria adductũqꝫ ad ſe occidit
⁊ ſepelierũt eum eo ꝙ eſſet filiꝰ ioſaphat:
q̃ queſierat dñm i toto corde ſuo. Nec erat
vltra ſpes aliqua: vt de ſtirpe q̃s regnaret
ochozie. Siquidẽ mater eiꝰ athalia videns
ꝙ mortuus eſſet filiꝰ ſuus: ſurrexit ⁊ interfe
cit omnem ſtirpem regiã domus iorã. Por-
ro ioſebeth filia regis tulit ioas filiũ ocho
zie. ⁊ furata eſt eum de medio filioꝝ regis
cum interficeret̃: abſcõditqꝫ eũ cũ nutrice
ſua in cubiculo lectuloꝝ. ioſabeth aũt q̃ ab
ſconderat eũ erat filia regis ioram. vxor io
iade põtificis ſoror ochozie ⁊ ideo athalia

159

non interfecit eum. Fuit ergo cū eis ī domo dei
abſcondit9 ſex ānis: q̇bꝫ regnauit athalia
CA. XXIII. ſuper terram.
a Nno aūt ſeptimo cōfortat9 ioiada
aſſumpſit centuriones. azariaā vi-
delicꝫ filiū ierobꝫam ⁊ iſmahel filium iohā
nan. azariā q; filiū obed. ⁊ maaſiam filium
adaie. ⁊ eliſaphat filium zechri: ⁊ iniit cum
eis fedus. Qui circūeuntes iudā cōgrega-
uerūt leuitas de cūctis vrbibꝫ iuda. ⁊ pn̄ci
pes familiarū iſrl': veneruntq; in ihr'lm. In-
iit ergo omnis multitudo pactū in domo dei cū
rege. Dixitq; ad eos ioiada. Ecce fili9 re-
gis regnabit ſicut locut9 ē dn̄s ſuper filios
dauid. Iſte eſt ſermo quē facietis. Tercia
pars veſtrū qui veniūt ad ſabbatū ſacdotū
⁊ leuitarū ⁊ ianitoꝝ erit in portis. Tcia ve-
ro pars ad domū regis: ⁊ tercia ad portam
q̄ appellatur fundamēti. Omne vero reliquū
vulgus ſit in atriis domus dn̄i: nec q̇ſpiam
ali9 ingrediatur domū domini niſi ſacerdotes
⁊ qui miniſtrāt de leuitis. Ipſi tm̄modo in-
grediantur quia ſanctificati ſunt: ⁊ omne re-
liquū vulgus obſeruet cuſtodias domini.
Leuite aūt circūdent regem habētes ſingu
li arma ſua. ⁊ ſi q̇s ali9 igreſſ9 fuerit tēplū
interficiatur: ſintq; cū rege. ⁊ itrāte ⁊ egredie
te. Fecerunt ergo leuite ⁊ vniuerſus iuda iux
omnia q̄ pceperat ioiada pōtifex. Et aſſūp
ſerūt ſinguli viros qui ſub ſe erāt: ⁊ venie-
bant p ordinē ſabbati cū his qui impleue-
rāt ſabbatum. ⁊ egreſſi erant. Siquidē io-
iada pōtifex non dimiſerat abire turmas:
q̄ ſibi p ſingulas ebdomadas ſuccedere cō-
ſueuerāt. Deditq; ioiada ſacerdos cēturio
nibꝫ lanceas clipeoſq; ⁊ peltas regis dauid
quas cōſecrauerat in domo dn̄i. Cōſtituitq;
omnē populū tenentiū pugiones a parte
templi dextra. vſq; ad ptem tēpli ſiniſtraꝫ.
coram altari ⁊ templo p circūitum regis:
⁊ eduxerūt filiū regis ⁊ impoſuerūt ei dya
dema ⁊ teſtimoniū: dederūtq; in manu eius
tenendā legem ⁊ cōſtituerūt eū regē. Vnx-
itq; illū ioiada pōtifex. ⁊ filii eius: imprecati
q; ſunt ei atq; dixerūt. Viuat rex. Qd cum
audiſſet athalia vocē ſcꝫ currentium. atq;
laudantiū regem. ingreſſa eſt ad populum
in templū dn̄i. Cūq; vidiſſet regem ſtātem
ſuper gradū in introitu. ⁊ pn̄cipes turmas
q; circa eū: omnemq; populū terre gaudētē
atq; clangentē tubis. ⁊ diuerſi generis or-
ganis cōcinentem. voceq; laudantiū: ſcidit
veſtimenta ſua ⁊ ait. Inſidie inſidie. Egreſ
ſus aūt ioiada pōtifex ad cēturiones ⁊ pn̄-
cipes exercitus dixit eis. Educite illā extra
ſepta templi: ⁊ interficiatur foris gladio.
Precepitq; ſacerdos ne occideretur in domo
dn̄i. Et impoſuerūt ceruicibꝫ eius manus.
Cūq; intraſſet portam equoꝝ domus regis:
interfecerūt eaꝫ ibi. Pepigit aūt ioiada fe
dus inter ſe vniuerſumq; pplm ⁊ regem: vt
eſſet pplus dn̄i. Itaq; ingreſſus eſt omnis
populus domū baal: ⁊ deſtruxerūt eā: ⁊ al-
taria ⁊ ſimulachra illi9 cōfregerūt: mathā
q; ſacerdotē baal interfecerunt ante aras.
Cōſtituit aūt ioiada ppoſitos ī domo dn̄i et
ſub manibꝫ ſacerdotū ⁊ leuitarū q̇s diſtri-
buit dauid in domo dn̄i: vt offerrent olo-
cauſta dn̄o ſicut ſcriptuꝫ eſt in lege moyſi.
in gaudio ⁊ canticis. iux diſpoſitōnē dauid
Cōſtituit q; ianitores in portis dom9 dn̄i:
vt non ingrederetur eam immūdus in omni
re. Aſſumpſitq; centuriones et fortiſſimos
viros. ⁊ pn̄cipes ppli ⁊ omne vulgus terre:
⁊ fecerūt deſcendere regē de domo dn̄i. ⁊ in
troire per mediū porte ſupioris in domū re
gis: ⁊ collocauerūt eum in ſolio regali. Le
tatuſq; eſt omnis pplus terre: et vrbs q̇euit.
Porro athalia interfecta eſt gladio.
CA. XXIIII.
r Eptem annoꝝ erat ioas cū regnā
re cepiſſet: et quadragita annis re
gnauit in ihruſalem. Nomen matris eius
ſebia de berſabee. Fecitq; quod bonū ē corā
domino cunctis diebus ioiade ſacerdotis.
Accepit aūt ei ioiada vxores duas: e q̇bꝫ
genuit filios et filias. Poſt q̄ placuit ioas
vt inſtauraret domū dn̄i: cōgregauitq; ſac-
dotes et leuitas: ⁊ dixit eis. Egredimini ad
ciuitates iuda: et colligite de vniuerſo iſrl'
pecuniā ad ſartatecta templi dei noſtri per
ſingulos annos: feſtinatoq; hoc facite. Pō
ro leuite egere negligētius. Vocauitq; rex
ioiadam pn̄cipem ⁊ dixit ei. Quare tibi nō
fuit cure vt cogeres leuitas inferre de iuda
⁊ de ihr'lm pecuniam q̄ conſtituta eſt a mo-
yſe ſeruo dn̄i: vt inferret eam omnis multi
tudo iſrl' in tabernaculū teſtimonii: Atha-
lia eīm impiiſſima ⁊ filii eius. deſtruxerūt do
mū dei: ⁊ de vniuerſis q̄ ſanctificata fuerāt

in templo domini oꝛnauerūt fanū baalim.
Precepit ergo rex. et fecerūt archā: posu
erūtq; eam iuxta poꝛtā dn̄i foꝛinsecꝯ. Et p̄
dicatū est in iuda et ihꝛl'm: vt deferrent sin
guli p̄ciū dn̄o qḋ ꝯstituit moyses seruꝯ dei
sup omnez isrl' i deserto. Letatiq; sūt cūcti
p̄ncipes. ⁊ omnis populus ⁊ ingressi ꝯtu le-
rūt i archā dn̄i atq; miserūt: ita vt iplerer̄.
Cūq; tempus esset vt deferrent archā co-
ram rege p manus leuitaruz: videbant em̄
multam pecuniā: ingrediebat̄ scriba regis
⁊ quem p̄mus sacerdos ꝯstituerat: effūde-
bantq; pecuniam que erat i archa. Poꝛro
archam repoꝛtabant ad locū suū. sicq; faci
ebant p singulos dies. Et ꝯgregata est in
finita pecunia: quam dederūt rex et ioiada
his qui p̄erant operibus domus dn̄i. At illi
cōducebāt ex ea cesoꝛes lapidū ⁊ ātifices
operū singuloꝝ. vt instaurarēt domū dn̄i:
fabros q̄q; ferri ⁊ eris: vt qḋ cadere cepat
fulciret̄. Egerūtq; hi q̄ operabāt̄ idustrie:
⁊ obducebat̄ parie tū cicatrix p manꝯ eoꝝ
ac suscitauerūt domū dn̄i in statū p̄stinum:
⁊ firmiter eā stare fecerunt. Cūq; ꝯplessēt
omnia opa. detulerūt coꝛam rege ⁊ ioiada
reliquam partē pecunie: de qua facta sunt
vasa templi in ministeriū ad olocausta: sia
le q̄q; et cetera vasa aurea et argentea. Et
offerebant̄ olocausta in domo dn̄i iugiter
cūctis dieb; ioiade. Senuit aūt ioiada ple-
nus dierū ⁊ moꝛtuus est cū centū triginta
esset ānoꝝ: sepelierūtq; eum in ciuitate da
uid cū regibus: eo ꝙ fecisset bonū cum isrl'
⁊ cū domo eius. Postq̄ aūt obijt ioiada: i
gressi sunt p̄ncipes iuda: ⁊ adoꝛauerunt re
gem. Qui delinitus obsequijs eoꝝ acq̄euit
eis. Et dereliquerūt templū dn̄i dei patruz
suoꝝ: seruierūtq; lucis ⁊ sculptilib;: ⁊ fa-
cta est ira contra iudam ⁊ ihꝛl'm ꝓpter hoc
peccatū. Mittebatq; eis ꝓphetas vt reūte
rent̄ ad dn̄m: quos pꝛotestantes illi audire
nolebant. Spiritus itaq; dei induit zacha
riam filiū ioiade sacerdotem: ⁊ stetit i ꝯspe-
ctu ppl'i. ⁊ dixit eis. Hec dicit deus. Quare
transgredimini p̄ceptuz dn̄i qḋ vobis non
ꝓderit: et dereliquistis dn̄m vt derelinq̄ret
vos. Qui cōgregati aduersus eū miserunt
lapides iuxta regis imperiū: in atrio domꝯ
dn̄i. Et non est recoꝛdatus ioas rex miseri
coꝛdie quā fecerat ioiada pat̄ illiꝯ secum:
sed interfecit filiū eius. Qui cū moreretur
ait. Videat dn̄s ⁊ requirat. Cūq; euolutus
esset annus ascēdit cōtra eū exercitꝯ sirie:
venitq; i iudam ⁊ ihꝛl'm ⁊ interfecit cūctos
p̄ncipes populi: atq; vniuersam p̄dam mise
rūt regi in damascū. Et certe cū pmodicꝯ
venisset numerꝯ viroꝝ tradidit dn̄s i mani
b; eoꝝ infinitā multitudinem: eo ꝙ dereli-
quissent dn̄m deum patrū suoꝝ. In ioas q̄q;
ignominiosa exercuere iudicia: et abeūtes
dimiserūt eum in languoꝛib; magnis. Sur
rexerūt aūt cōtra eum serui sui in vltionē
sanguinis zacharie filij ioiade sacerdotis. ⁊
occiderūt eum in lectulo suo ⁊ moꝛtuꝯ est:
sepelierūtq; illum in ciuitate dauid sed nō
in sepulchꝛis regū. Insidiati vero sunt ei za
bad filius semath amanitidis: ⁊ iozabath
filius semarith moabitidis. Poꝛro filij eiꝯ
ac sūma pecunie q̄ adunata fuerat sb̄ eo. ⁊
instauratio domus dei scripta sunt diligen
tius in libꝛo regū. Regnauit aūt amasias filiꝯ
CA. XXV. eius ꝓ eo.
v Igiti q̄nq; annoꝝ erat amasias cū
regnare cepisset: ⁊ viginti nouē an-
nis regnauit in ihꝛl'm. Nomen matris eius
ioiadē d' ihꝛl'm. Fecitq; bonū in ꝯspectu dn̄i:
verūtn̄ non in coꝛde p̄fecto. Cūq; roboratū
sibi videret imperiū iugulauit seruos q̄ oc-
ciderant regem patrē suuz: sed filios eoꝝ
n̄ iterfecit. sic̄ scriptū ē i libꝛo legis moysi:
vbi p̄cepit dn̄s dicens. Non occident̄ p̄res
ꝓ filijs. neq; filij ꝓ patrib; suis: sed vnusq̄s
q; in suo peccato moriet̄. Cōgregauit igit̄
amasias iudam. ⁊ cōstituit eos p familias.
tribunosq; ⁊ centuriones in vniuerso iuda
⁊ beniamin: ⁊ recensuit a viginti annis su
sum. inuenitq; trigita milia iuuenū q̄ egre
derent ad pugnā ⁊ tenerēt hastā ⁊ clipeū.
Mercede q̄q; ꝯduxit de isrl' centū milia ro-
bustoꝝ centū talentis argenti. Venit aūt
homo dei ad illum ⁊ ait. O rex ne egrediat̄
tecū exercitus isrl'. Non est em̄ dn̄s cū isrl':
⁊ cunctis filijs effraim. Qḋ si putas in ro-
boꝛe exercitus bella consistere: superari te
faciat deꝯ ab hostib;. Dei quippe est et ad
iuuare et in fugam ꝯuertere. Dixitq; ama
sias ad hominē dei. Quid ḡ fiet de centū ta-
lentis que dedi militib; isrl'? Et respōdit ei
homo dei. Habet dn̄s vnde tibi dare possit
multo his plura. Separauit igit̄ amasias

exercitū qui venerat ad eū ex effraim· vt
reuerteretᷣ in locū ſuum· At illi ꝯtra iudā
vehemēter irati: reuerſi ſunt in regionē ſuā·
Porro amaſias ꝯfidenter eduxit ꝑplm ſuū·
⁊ abijt in vallē ſalinarū: ꝑcuſſitq; filios ſeir
decē milia· Et alia decē milia virorū cepūt
filij iuda: et adduxerūt ad ꝑruptū cuiuſdā
petre· ꝑcipitaueruntq; eos de ſummo in pre
ceps qui vniuerſi crepuerūt· At ille exerci
tus quē remiſerat amaſias ne ſecū iret ad
ꝑlium: diffuſus in ciuitatib⁹ iuda· a ſama-
ria vſq; ad bethoron ⁊ interfectis trib⁹ mi-
lib⁹ diripuit ꝑdam magnā· Amaſias ꝙ; p⁹
cedem ydumeoꝝ ⁊ allatos deos filioꝝ ſeir:
ſtatuit illos in deos ſibi: et adorabat eos: et
illis adolebat incenſum· Quāobrem iratus
dn̄s ꝯtra amaſiam: miſit ad illū ꝓphetam q̄
diceret ei· Cur adoraſti deos qui n̄ liberaue
rūt populū ſuum de manu tua? Cūq; h̄ ille
loqueretᷣ· reſpōdit ei· Num ꝯſiliarius regis
es? Quieſce ne interficiā te· Deſcendenſq;
ꝓpheta· ſcio inquit ꝙ cogitauerit dn̄s occi
dere te qui ⁊ feciſti hoc malū: ⁊ inſuꝑ n̄ acq̄
euiſti ꝯſilio meo· Igitᷣ amaſias rex iuda ini
to peſſimo ꝯſilio· miſit ad ioas filiū ioachā·
filij iehu regē dicens· Veni videamus nos
mutuo· At ille remiſit nūcios dicens· Car-
duus qui eſt ī libano· miſit ad cedrū libani
dicens· Da filiam tuam filio meo vxorem·
Et ecce beſtie q̄ erant in ſilua libani tranſi
erūt ⁊ ꝯculcauerunt carduū· Dixiſti ꝑcuſſi
edom: ⁊ idcirco erigitᷣ cor tuū in ſuperbiā·
Sede in domo tua· Cur malū aduerſum te
ꝓuocas: vt cadas ⁊ tu ⁊ iudas tecū? Nolu
it audire amaſias: eo ꝙ dn̄i eſſet voluntas
vt traderetᷣ in man⁹ hoſtiū ꝓpter deos edō
Aſcendit igitᷣ ioas rex iſrl' ⁊ mutuos ſibi ꝑ
buere cōſpectus· Amaſias autem rex iuda
erat in bethſames iude· Corruitq; iudas co
ram iſrl'· ⁊ fugit in tabernacula ſua· Por-
ro amaſiam regē iuda filium ioas filij och
ozie cepit ioas rex iſrl' in bethſames et ad-
duxit in ihrlm: deſtruxitq; murū ei⁹· a por-
ta effraim vſq; ad portam anguli q̄dringen-
tis cubitis· Omne q; aurū ⁊ argentum· et
vniuerſa vaſa que repererat in domo dei· ⁊
apud obededom· in theſauris etiā domus re
gie· necnon ⁊ filios obſidū: reduxit i ſama-
riam· Vixit aūt amaſias filius ioas rex iu-
da poſtq̄ mortuus ē ioas fili⁹ ioachas rex

iſrl' quindecim annis· Reliqua aūt ſermonū
amaſie ꝑorū et nouiſſimoꝝ ſcripta ſunt ī li
bro regum iuda ⁊ iſrl'· Qui poſtq̄ receſſit a
dn̄o: tetenderūt ei inſidias in ihrlm· Cumq;
fugiſſet lachis miſerūt ⁊ interfecerūt eum
ibi: reportanteſq; ſuꝑ equos ſepelierūt eū
cū patrib⁹ ſuis ī ciuitate dauid·

CA· XXVI·

Omnis aūt populus iuda· filiū eius
oziam annoꝝ ſedecim ꝯſtituit regē
pro amaſia patre ſuo· Ipſe edificauit ahi-
lath: ⁊ reſtituit eam ditioni iude· poſtquā
dormiuit rex cū patrib⁹ ſuis· Sedecī ānoꝝ
erat ozias cū regnare cepiſſet: ⁊ quinquagin-
ta duob⁹ annis regnauit in ihrlm· Nomen
matris eius iecelia de ihrlm· Fecitq; quod
erat rectū in oculis dn̄i iuxͣ omnia q̄ fecerat
amaſias pater eius: ⁊ exquiſiuit dn̄m in di
ebus zacharie intelligētis ⁊ vidētis deum·
Cūq; requireret dn̄m direxit eū ī omnib⁹·
Denique egreſſus eſt ⁊ pugnauit ꝯtra phi-
liſtijm: ⁊ deſtruxit murū geth· ⁊ murū iam
nie· murumq; azoti· Edificauit q; opida in
azoto ⁊ philiſtijm ⁊ adiuuit eū deus cōtra
philiſtijm et ꝯtra arabas q̄ habitabant in
gurbaal· ⁊ ꝯtra āmonitas· Appendebant
q; āmonite munera ozie: ⁊ diuulgatum eſt
nomen eius vſq; ad introitū egipti ꝓpter
crebras victorias· Edificauit q; ozias tur
res in ihrlm ſuꝑ portam anguli· ⁊ ſuper por
tam vallis ⁊ reliquas in eodē muri latere:
firmauitq; eas· Extruxitq; turres in ſolitu
dine: ⁊ effodit ciſternas plurimas eo ꝙ ha
beret multa pecora: tam in campeſtrib⁹ q̄
in heremi vaſtitate· Vineas q; habuit et
vinitores in montibus· ⁊ in carmelo· Erat
quippe homo agriculture deditus Fuit aūt
exercitus bellatoꝝ eius qui ꝓcedebāt ad ꝑ
lia ſub manu iehihel ſcribe· amaſieq; docto-
ris: ⁊ ſub manu ananie q̄ erat de ducib⁹ re
gis· Omniſq; numer⁹ ꝑncipum ꝑ familias
viroꝝ fortiū duoꝝ miliū ſexcentoꝝ: et ſub-
eis vniuerſus exercitus trecētoꝝ ⁊ ſeptē
miliū quingentoꝝ· qui erāt apti ad bella:
⁊ ꝓ rege cōtra aduerſarios dimicabant·
Preparauit q; eis ozias id eſt· cūcto exer-
citui clipeos ⁊ haſtas· ⁊ galeas et loricas·
ārcusq; ⁊ fūdas ad iacēdos lapides· ⁊ fecit in
ihrlm diuerſi generis machinas quas ī tur
rib⁹ collocauit· et in angulis murorum: vt

mitterent ſagittas ⁊ ſaxa grãdia. Egreſſũ
qꝫ ē nomen ei⁹ ꝓcul: eo ꝙ auxiliaret̄ ei dñs
⁊ corroboraſſet illum. Sed cum roboratus
eſſet eleuatũ eſt cor eius in interitũ ſuũ et
neglexit dñm deũ ſuũ: ingreſſuſqꝫ templuꝫ
dñi adolere voluit incenſum ſup altare thi
miamatis. Statimqꝫ ingreſſus poſt eũ aza
rias ſacerdos. ⁊ cũ eo ſacerdotes dñi octo-
ginta viri fortiſſimi. reſtiterunt regi: atqꝫ
dixerũt. Nõ eſt tui officij ozia. vt adoleas
incenſum dño: ſed ſacerdotũ. hoc eſt. filioꝝ
aaron qui ꝯſecrati ſũt ad huiuſcemodi mi-
niſteriũ. Egredere de ſanctuario ne cõtem
pſeris: qꝛ non reputabit̄ tibi in glãm hoc a
dño deo. Iratuſqꝫ ozias ⁊ tenens in manu
thuribulũ vt adoleret incenſũ: minabatur
ſacerdotibꝫ. Statim orta eſt lep̄ i frõte ei⁹
corã ſacerdotibꝫ i domo dñi ſup altare thi
miamatis. Cũqꝫ reſpexiſſet eum azarias põ
tifex. ⁊ omnes reliqui ſacerdotes. viderunt
leprã in fronte eius: ⁊ feſtinato expulerũt
eũ. Sed ⁊ ipſe ꝑterritus accelerauit egre-
di: eo ꝙ ſenſiſſet ilico plagam dñi. Fuit igit̄
ozias rex lepros⁹ vſqꝫ ad diem mõtis ſue:
et habitauit in domo ſeparata. plenus lep̄
ob quã eiectus fuerat de domo dñi. Porro
ioathan filius ei⁹ rexit domũ regis: ⁊ iudi
cauit ppl'm terre. Reliqua autē ſmonũ ozie
p̄oꝝ et nouiſſimorũm ſcripſit yſaias filius
amos ꝓpheta. Dormiuitqꝫ ozias cũ patri-
bꝫ ſuis: ⁊ ſepelierũt eum in agro regalium
ſepulchrorũ eo ꝙ eſſet lepros⁹: regnauitqꝫ
ioathan fili⁹ ei⁹ ꝓ eo. CA. XXVII.

Vigintiquinqꝫ annoꝝ erat ioathã
cũ regnare cepiſſet: et ſedecim an-
nis regnauit in ihr'lm. nomen ma-
tris ei⁹ iheruſa. filia ſadoch. Fecitqꝫ qđ re
ctũ erat coram dño iuxta omnia q̃ fecerat
ozias pater ſuus: excepto ꝙ nõ eſt igreſſ⁹
templũ domini: et adhuc ppl's delinqbat.
Ipſe edificauit portam dom⁹ dñi excelſã:
⁊ in muro ophel multa ꝯſtruxit. Vrbes quo
qꝫ edificauit in mõtibꝫ iuda: et in ſaltibus
caſtella ⁊ turres. Ipſe pugnauit ꝯtra regē
filioꝝ ãmon. ⁊ vicit eũ. Dederũtqꝫ ei filij ã
mon in tp̄e illo centũ talenta argẽti: ⁊ decē
milia choros tritici: ac totidem choros ordei
Hec ei p̄buerũt filij ammon. in anno ſcđo ⁊
tercio. Corroboratuſqꝫ eſt ioathan: eo ꝙ
direxiſſꝫ vias ſuas corã dño deo ſuo. Reliq̃
autē ſermonũ ioathã ⁊ omnes pugne ei⁹.
⁊ opa ſcripta ſunt in libro regũ iſrl' ⁊ iuda
Vigintiquiqꝫ annoꝝ erat cum regnare ce
piſſet: et ſedecim annis regnauit in ihr'lm.
Dormiuitqꝫ ioathan cũ patribꝫ ſuis: ⁊ ſe-
pelierunt eũ in ciuitate dauid: et regnauit
achaz fili⁹ ei⁹ ꝓ eo. CA. XXVIII.

Viginti ãnoꝝ erat achaz cũ regna
re cepiſſet: ⁊ ſedecim ãnis regnauit
in ihr'lm. Non fecit rectũ in ꝯſpectu
domini ſicut dauid pater ei⁹. ſed ãbulauit
in vijs regũ iſrl': inſup et ſtatuas fudit ba
alim. Ipſe eſt qui adoleuit icenſum i valle
beimon: et luſtrauit filios ſuos in igne. iux
ritũ gentium quas interfecit dñs in aduē
tu filioꝝ iſrl'. Sacrificabat qꝫ ⁊ thimiama
ſuccēdebat i excelſis. ⁊ in collibꝫ: ⁊ ſb omni
ligno frondoſo. Tradiditqꝫ eũ dñs de⁹ ei⁹
in manu regis ſirie: qui ꝑcuſſit eũ magnaꝫ
qꝫ p̄dam cepit de eius imperio: ⁊ adduxit i
damaſcũ. Manibꝫ qꝫ regis iſrl' tradit⁹ ē:
et ꝑcuſſ⁹ plaga grãdi. Occiditqꝫ phacee
filius romelie de iuda centũ viginti milia
i die vno. oẽs viros bellatores eo ꝙ reliq̃ſ-
ſẽt dñm deum patrũ ſuoꝝ. Eodem tempore
occidit zechri vir potens ex effraim maaſi
am filium regis. ⁊ ezricam ducem dom⁹ ei
us: helchanã qꝫ ſcđm a rege. Ceperũtqꝫ fi-
lij iſrl' de fratribꝫ ſuis ducenta milia mulie-
rũ pueroꝝ ⁊ puellarũ ⁊ infinitam predaꝫ:
ꝑtulerũtqꝫ eam in ſamariã. Ea tempeſtate
erat ibi ꝓpheta dñi noīe obed. qui egreſſus
obuiã exercitui venienti in ſamariam dixit
eis. Ecce iratus domin⁹ de⁹ patrũ veſtroꝝ
contra iudã. tradidit eos manibus veſtris:
⁊ occidiſtis eos atrociter. ita vt ad celum
ꝑtingerret veſtra crudelitas. Inſup filios
iuda et ihr'lm vultis vobis ſubijcere i ſuos
⁊ ancillas: qđ nequaq̃ facto op⁹ eſt. Pec-
caſtis em̄ ſup h' dño deo nr̃o. Sꝫ audite ꝯſi
lium meũ: ⁊ reducite captiuos q̃s adduxiſ
tis de fratribꝫ veſtris: qꝛ magnus furor dñi
imminet vobis. Steterũt itaqꝫ viri de pñ-
cipibꝫ filioꝝ effraim. azarias filius iohan-
nan. barachias filius moſollamoth. ezech
ias filius ſellũ. ⁊ amaſias fil⁹ hadali. cõtra
eos qui veniebãt de p̄lio: ⁊ dixerũt eis. Nõ
introducetis huc captiuos: ne peccem⁹ do
mino. Quare vultis adijcere ſup peccata
veſtra: ⁊ vetera cumulare delicta? Grande



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

quippe peccatū eſt: ⁊ ira furoris dñi imminet
ſup iſrl'. Dimiſerūtqꝫ viri iſrl' bellatores p̄
dam. ⁊ vniuerſa que ceperāt coram pꝛincipi
bus et omni multitudine: ſteteruntqꝫ vi-
ri quos ſup̄ memorauimus: ⁊ apprehendētes
captiuos omneſqꝫ qui nudi erāt. veſtierūt
de ſpolijs. Cūqꝫ veſtiſſent eos ⁊ calciaſſent.
⁊ refeciſſent cibo ac potu. vnxiſſentqꝫ ꝓpter
laborē. et adhibuiſſent eis curam: quicunqꝫ
ambulare nō poterāt. ⁊ erāt imbecillo cor-
pore. impoſuerūt eos iumentis. et adduxerūt
iericho ciuitatē palmarū ad fr̄es eorū ipſi
qꝫ reuerſi ſunt in ſamariā. Tempore illo mi
ſit rex achaz ad regez aſſiriorum. poſtulās
auxiliū. Veneruntqꝫ ydumei ⁊ ꝑcuſſerūt mlꝉ
tos ex iuda: ⁊ ceperūt p̄dam magnā. Phi
liſtijm quoqꝫ diffuſi ſunt ꝑ vrbes campeſtres ⁊
ad meridiem iuda: ceperūtqꝫ bethſames. ⁊
aylon. et gaderoth. ſoccho quoqꝫ ⁊ thānam. ⁊
gāzo cū viculis ſuis: ⁊ habitauerūt in eis
Humiliauerat enim dñs iudam ꝓpter achaz
regē iuda. eo qꝫ nudaſſet eum auxilio. ⁊ cō
temptui habuiſſet dñm: adduxitqꝫ cōtra eū
teglathphalaſar regē aſſiriorū: qui ⁊ afflixit
euz ⁊ nullo reſiſtente vaſtauit. Igitur achaz
ſpoliata domo dñi et domo regū ac pꝛincipuz
dedit regi aſſiriorū munera: ⁊ tamē nichil ei ꝓ
fuit. Inſup ⁊ in tp̄e anguſtie ſue auxit cō-
temptū in dñm. Ipſe ꝑ ſe rex achaz imola
uit dijs damaſci victimas ꝑcuſſoribꝫ ſuis ⁊
dixit. dij regū ſyrie auxiliantur eis quos ego pla
cabo hoſtijs. ⁊ aderūt mihi. cū econtrario fu
erint ruine ei ⁊ vniuerſo iſrl'. Direptis ita
qꝫ achaz omnibꝫ vaſis domus dei atqꝫ confra-
ctis clauſit ianuas templi dei: ⁊ fecit ſibi al
taria in vniuerſis angulis ierlm. In omnibꝫ
quoqꝫ vrbibꝫ iuda extruxit aras ad cremanduz
thus: atqꝫ ad iracūdiā ꝓuocauit dñm deū
patrū ſuorū. Reliqua aūt ſermonuz eius. et
omniū operū ſuorū priorū et nouiſſimorum
ſcripta ſunt in libro regum iuda et iſrahel.
Dormiuitqꝫ achaz cū patribꝫ ſuis: et ſepeli
erūt eum in ciuitate ierlm. Neqꝫ enim recepe
rāt eum in ſepulchra regū iſrl'. Regnauitqꝫ
ezechias filius eiꝰ ꝓ eo

CA. XXIX.

Igitur ezechias regnare cepit cū viginti quin
qꝫ eſſet annorū: et viginti nouē ānis regnauit
in ierlm. Nomen matris eius abia filia za-
charie. Fecitqꝫ qđ erat placitum in conſpectu
dñi: iuxta omnia que fecerat dauid pater eiꝰ.
Ipſo anno ⁊ menſe pꝛimo regni ſui aperuit
valuas domꝰ dñi. ⁊ inſtaurauit eas: addu
xitqꝫ ſacerdotes atqꝫ leuitas. ⁊ congregauit eos
in plateā orientalē. dixitqꝫ ad eos. Audite
me leuite. et ſanctificamini: mūdate domū
dñi dei patrū noſtrorū: ⁊ auferte omnē im
mūdiciā de ſanctuario. Peccauerunt patres
noſtri: ⁊ fecerūt malū in conſpectu dñi dei nr̄i.
derelinquētes eum: auerterūt facies ſuas
a tabernaculo dñi dei noſtri. ⁊ pꝛebuerūt dor-
ſum: clauſerunt oſtia que erant in porticu: et
extinxerūt lucernas: incenſumqꝫ non adole-
uerunt: ⁊ olocauſta nō obtulerūt in ſanctu
ario deo iſrl'. Concitatus eſt itaqꝫ furor dñi
ſup iudam ⁊ ierlm: tradiditqꝫ eos in commo
tionē. ⁊ in interitū ⁊ in ſibilū. ſicut ipſi cer-
nitis oculis veſtris. En corruerunt patres
noſtri gladijs: filij noſtri ⁊ filie noſtre. ⁊ cō
iuges captiue ducte ſūt ꝓpter hoc ſcelꝰ. Nūc
ergo placet mihi vt ineamꝰ fedus cū domino
deo iſrl': ⁊ auertet a nobis furorem ire ſue.
Filij mei nolite negligere. Vos elegit dñs
vt ſtetis coram eo. ⁊ miniſtretis illi: colatiſ
qꝫ eū. ⁊ cremetis ei incenſum. Surrexerūt
ergo leuite: mahath filius amaſie. ⁊ iohel filius
azarie de filijs caath. Porro de filijs mera
ri: cis filiꝰ abdi. ⁊ azarias filius ialalehel.
De filijs aūt gerſon: ioha filiꝰ iemna. et edē
filius ioaha. At uero de filijs eliſaphā: ſari
et iahihel. De filijs quoqꝫ aſaph: zacharias et
mathanias. necnō de filijs heman: iahihel. ⁊
ſemei. Sed ⁊ de filijs ydithū: ſemeias ⁊ ozi
hel. Congregaueruntqꝫ fratres ſuos ⁊ ſancti-
ficati ſunt: et ingreſſi ſunt iuxta mandatū
regis et imperiū domini. vt expiarēt domū
dei. Sacerdotes quoqꝫ ingreſſi templū dñi vt
ſanctificarēt illud extulerūt omnē imundiciā
quā intro reppererāt in veſtibulo domus dñi
quā tulerūt leuite ⁊ aſportauerūt ad torrē
tē cedron. Ceperūt aūt pꝛima die menſis pꝛimi
mūdare ⁊ in die octauo eiuſdem mēſis. in-
greſſi ſunt porticū domus templi dñi. expia
uerūt templū diebꝫ octo: ⁊ in die ſextadeci
ma menſis eiuſdem. qđ ceperāt impleuerūt.
Ingreſſi quoqꝫ ſunt ad ezechiā regē: ⁊ dixerūt
ei. Sanctificauimꝰ omnem domū dñi. ⁊ al-
tare olocauſti. vaſaqꝫ eius. necnō ⁊ menſā
ꝓpoſitionis cū omnibꝫ vaſis ſuis. cunctāqꝫ
templi ſuppellectilem quā polluerat rex ac
haz regno ſuo poſtquā pꝛeuaricatus ē: et ecce

expoſita ſūt omnia coꝛa; altari domini· Cō
ſurgenſq; diluculo ezechias rex· adunauit
omnes pn̄cipes ciuitatis ⁊ aſcēdit in domū
domini: obtulerūtq; ſimul thauros ſeptē ⁊
arietes ſeptē· agnos ſeptem· et hircos ſe-
ptem: pro peccato· ꝓ regno· ꝓ ſāctuario·
pro iuda· Dixitq; ſacerdotib⁹ filijs aaron:
vt offerrent ſup altare dn̄i· Mactauerūt
igit̄ thauros: ⁊ ſuſceperūt ſanguinē ſacer-
dotes: et fuderūt illum ſup altare· Macta-
uerūt etiam arietes: ⁊ illoꝝ ſāguinē ſuper
altare fuderūt· Imolauerunt agnos: et fu
derunt ſup altare ſanguinem· Applicuerūt
hircos ꝓ peccato corā rege· ⁊ vniūſa mul-
titudine· Impoſuerūt man⁹ ſuas ſup eos:
⁊ imolauerūt illos ſacerdotes: ⁊ aſperſerūt
ſanguinem eoꝝ corā altari ꝓ piaculo vni-
uerſi iſrlis· Pro omni quippe iſrl̄ p̄ceperat
rex vt olocauſtū fieret pro peccato· Con-
ſtituit q̄q; leuitas in domo dn̄i· cū cimbalis
⁊ pſalterijs ⁊ citharis· ſcd̄m diſpoſitionem
dauid ⁊ gad vidētis regis ⁊ nathā ꝓphete
Siquidē domini p̄ceptū fuit· ꝑ manū ꝓphe-
tarum eius· Steterūtq; leuite tenentes or-
gana dauid et ſacerdotes tubas: et iuſſit
ezechias vt offerrent olocauſta ſup altāe
Cūq; offerrent̄ olocauſta ceperunt laudes
canere dn̄o· ⁊ clangere tubis: atq; i diūſis
organis q̄ dauid rex iſrl̄ repererat ꝯcrepāe
Omni aūt turba adoꝛante· cantores et hi
qui tenebant tubas erāt in officio ſuo: do-
nec ꝯpleret̄ olocauſtū· Cūq; finita eſſet ob
latio: incuruat⁹ eſt rex· et omnes qui erāt
cū eo: ⁊ adoꝛauerūt· Precepitq; ezechias
⁊ principes leuitis vt laudarēt dn̄m ſmo-
nib⁹ dauid ⁊ aſaph vidētis· qui laudauerūt
deum magna leticia: ⁊ icuruato genu ado-
rauerūt· Ezechias etiam hec addidit· Im
pleſtis manus veſtras dn̄o: accedite ⁊ offē
te victimas· ⁊ laudes in domo dn̄i· Obtulit
ḡ vniūſa multitudo hoſtias ⁊ laudes ⁊ olo-
cauſta: mente deuota· Porro numer⁹ olo
cauſtoꝛum que obtulit multitudo hec fuit·
Thauros ſexaginta: arietes centū: agnos
ducētos: ſāctificauerūtq; dn̄o boues ſexcen
tos et oues tria milia: ſacd̄otes vero pauci
erāt nec poterāt ſufficere vt pelles olocau
ſtoꝝ detraherēt· Vnde ⁊ leuite frēs eoꝛum
adiuuerūt eos: donec impleret̄ opus ⁊ ſācti
ficarent̄ antiſtites· Leuite quippe faciliori
ritū ſāctificāt̄ q̄ ſacerdotes· Fuerūt ḡ olo
cauſta pluria adipes pacificoꝝ et libāma
cauſtoꝝ: ⁊ cōpletus eſt cultus domus dn̄i:
letatuſq; eſt ezechias et omnis ꝓplus: eo q̄
miniſterium dn̄i eſſet ꝯpletum· De repente
quippe h̄ fieri placuerat· CA· XXX

Miſitq; ezechias ad omnē iſrahel et
m iudā: ſcripſitq; epiſtolas ad effrai
et manaſſen: vt venirent ad domū
domini i ihrlm· ⁊ facerēt phaſe domino deo
iſrl̄· Inito ḡ ꝯſilio regis ⁊ pn̄cipum ⁊ vniū
ſi cetus ihrlm: decreuerūt vt facerēt phaſe
menſe ſcd̄o· Non eñ occurrerāt facere i tē
poꝛe ſuo: quia ſacerdotes q̄ poſſēt ſufficere
ſanctificati non fuerāt: ⁊ populus nondum
ꝯgregatus fuerat in ihrlm· Placuitq; ſer
mo regi ⁊ omni multitudini: et decreuerūt
vt mitterent nūcios in vniuerſum iſrl̄ de b̄
ſabee vſq; dan: vt venirent ⁊ facerent pha
ſe dn̄o deo iſrl̄ in ihrlm· Multi eñ n̄ fecerāt
ſicut lege p̄ſcriptū eſt· Perrexerūtq; cur-
ſoꝛes cū epiſtolis ex regis imperio ⁊ pn̄ci-
pum eius in vniuerſum iſrl̄ et iudam: iuxta
id qđ rex iuſſerat p̄dicantes· Filij iſrl̄ reūti
mini ad domū domini abꝛaa; ⁊ yſaac ⁊ iſrl̄:
et reuertet̄ ad reliquias que effugerūt ma
nus regis aſſirioꝝ· Nolite fieri ſicut pr̄es
veſtri ⁊ fratres qui receſſerūt a dn̄o deo pa
trū ſuoꝝ: et tradidit eos in interitū vt ipſi
cernitis· Nolite indurare ceruices veſtras
ſicut patres veſtri· Tradite manus dn̄o: ⁊
venite ad ſanctuariū eius qđ ſanctificauit i
eternū· Seruite dn̄o deo patrū veſtroꝝ: et
auertet̄ a vobis ira furoꝛis eius· Si eñ vos
reuerſi fueritis ad dn̄m: fratres veſtri et fi
lij habebunt miſericoꝛdiā coꝛam dn̄is ſuis·
qui illos duxerūt captiuos: et reuertent̄ i
terram hanc· Pius eñ et clemens ē dn̄s de
us veſter: et non auertet faciē ſuam a vob̄
ſi ꝯuerſi fueritis ad eū· Igit̄ curſoꝛes ꝑge-
bant velociter de ciuitate in ciuitatem· per
terram effraim ⁊ manaſſe vſq; ad zabulō:
illis irridētibus et ſubſānantib⁹ eos· Atta-
men quidam viri ex aſer ⁊ manaſſe ⁊ zabu
lon acquieſcentes ꝯſilio: venerūt ihruſalē·
In iuda vero facta eſt manus dn̄i vt daret
eis coꝛ vnū: vt facerēt iuxta p̄ceptū regis
et pn̄cipum verbum dn̄i· Cōgregatiq; ſūt
in ihrlm ꝓpli multi: vt facerēt ſolēnitatem
azimoꝝ i mēſe ſcd̄o· Et ſurgētes d̄ſtruxerūt

altaria que erant in ihꝛl̄m atqꝫ vniuerſa in
quibꝰ ydolis adolebāt icenſum ſubūtētes ·
ꝓiecerūt in torrentē cedrō· Imolauerunt
aūt phaſe quartadecima die menſis ſecūdi·
Sacerdoteſqꝫ atqꝫ leuite tandē ſanctificati
obtulerūt olocauſta in domo dn̄i: ſteterūt
qꝫ in ordine ſuo iuxta diſpoſitionē et legem
moyſi hominis dei· Sacerdotes vero ſuſcipi
ebant effundendū ſanguinem de manibꝰ le
uitarū: eo ꝙ multa turba ſanctificata non
eſſet: ⁊ idcirco imolarēt leuite phaſe his q̄
non occurrerant ſanctificari dn̄o· Magna
etiam pars populi de effraim et manaſſe et
yſachar et zabulon q̄ ſanctificata n̄ fuerat
comedit phaſe· non iuxta qđ ſcriptū eſt: et
orauit ꝓ eis ezechias dicens· Dn̄s bonus
ꝓpiciabit cūctis qui in toto corde requirūt
dn̄m deum patrū ſuoꝝ: ⁊ nō imputabit eis
ꝙ minus ſanctificati ſunt· Quē exaudiuit
dn̄s: ⁊ placatus eſt ꝓplo· Fecerūtqꝫ filij iſrl̄
qui inuenti ſunt ī ihꝛl̄m ſolēnitatē azimoꝝ
ſeptem diebꝰ in leticia magna· laudātes do
minū ꝑ ſingulos dies: leuite quoqꝫ et ſac̄dotes
ꝑ organa que ſuo officio ꝯgruebāt· Et lo-
cutus eſt ezechias ad cor omniū leuitarū:
qui habebāt intelligentiā bonam ſup dn̄o:
⁊ comederūt ſeptem diebꝰ ſolēnitatis: imo
lantes victimas pacificoꝝ: ⁊ laudātes do
minū deum patrū ſuoꝝ· Placuit qꝫ vniūſe
multitudini vt celebrarēt etiam alios dies
ſeptem: qđ ⁊ fecerunt cū ingenti gaūdio ·
Ezechias aūt rex iuda p̄buerat multitudi
ni mille thauros: ⁊ ſeptē milia ouiū· Pn̄ci-
pes vero dederant populo thauros mille: et
oues decem milia· Sanctificata ḡ ē ſacer-
dotū plurima multitudo: ⁊ hilaritate ꝑfuſa
omnis turba iuda tā ſacerdotū et leuitarū
q̄ȝ vniuerſe frequētie que venerat ex iſrl̄: ꝓ
ſelitoꝝ quoqꝫ de terra iſrahel et habitātium in
iuda Factaqꝫ eſt grandis celebritas ī ihꝛl̄ꝫ
qualis a diebus ſalomonis filij dauid regis
iſrl̄ in ea vrbe nō fuerat· Surrexerūt autē
ſacerdotes atqꝫ leuite bn̄dicentes ꝓplo ⁊ ex
audita eſt vox eoꝝ: ꝑuenitqꝫ oratio ī habi-
taculū ſanctū celi· CA· XXXI ·
Cūqꝫ hec fuiſſēt rite celebrata: egreſ
c ſus eſt omnis iſrl̄ qui inuentus fue
rat in vrbibꝰ iuda· ⁊ fregerūt ſimu
lacra ſucciderūtqꝫ lucos: demoliti ſunt ex-
celſa· ⁊ altaria deſtruxerūt· non ſolū d̄ vni-
uerſo iuda ⁊ beniamin: ſed et de effraim quoqꝫ
⁊ manaſſe: donec penitus euerterent· Reuſi
qꝫ ſunt omnes filij iſrl̄: in poſſeſſiones ⁊ ci-
uitates ſuas· Ezechias aūt conſtituit tur-
mas ſacerdotales et leuiticas ꝑ diuiſiones
ſuas vnūquēqꝫ in officio ꝓprio· tam ſacer-
dotum videlicet q̄ȝ leuitarū ad olocauſta ⁊
pacifica: vt miniſtrarēt et ꝯfiterent· cane-
rentqꝫ in portis caſtroꝝ dn̄i· Pars aūt re-
gis erat vt d̄ ꝓpria eiꝰ ſubſtantia offerrēt
olocauſtū mane ſp ⁊ veſpere: ſabbatis quo
qꝫ ⁊ kalendis· et ſolēnitatibꝰ ceteris: ſicut
ſcriptū eſt in lege moyſi· Preceperat autē
populo habitantium ihꝛl̄m· vt darēt ptes
ſacerdotibꝰ ⁊ leuitis: vt poſſēt vacare legi
domini· Quod cū percrebruiſſet in auribꝰ multi
tudinis plurimas obtulere pꝛimicias filij
iſrl̄· frumenti vini ⁊ olei: mellis quoqꝫ ⁊ omniū
que gignit humus decimas obtulerūt· Sed
⁊ filij iſrl̄ ⁊ iuda qui habitabāt in vrbibus
iuda obtulerūt decimas boū ⁊ ouium deci-
maſqꝫ ſanctoꝝ que vouerat dn̄o deo ſuo: at
qꝫ vniuerſa portantes fecerūt aceruos plu
rimos· Menſe tercio ceperūt aceruoꝝ iace
re fundamenta: ⁊ menſe ſeptimo ꝯpleuērt
eos· Cūqꝫ ingreſſi fuiſſent ezechias ⁊ pn̄ci
pes eius viderūt aceruos: ⁊ bn̄dixerūt dn̄o
ac populo iſrl̄· Interogauitqꝫ ezechias ſac̄
dotes ⁊ leuitas: cur ita iacerent aceruí· Re
ſpōdit illi azarias ſacerdos p̄mus· de ſtirpe
ſadoch dicens· Exquo ceperunt offerri p̄mi
cie in domo domini· comedimus et ſaturati
ſumus: ⁊ remāſerūt pluria: eo ꝙ bn̄dixerit
dn̄s populo ſuo· Reliquiarū autē eſt copia
iſta quā cernis· Precepit igit̄ ezechias: vt
ꝑpararent horrea in domo dn̄i· Quod cū feciſ-
ſent intulerūt tam p̄micias q̄ȝ decimas: et
quecūqꝫ vouerāt fideliter· Fuit aūt p̄fectꝰ
eoꝝ chonenias leuita: ⁊ ſemei frater eiꝰ ſe
cūdus: poſt quē iehihel· ⁊ azarias· ⁊ naad·
⁊ azahel· ⁊ ierimoth· iozabath quoqꝫ ⁊ elihel·
⁊ ieſmathias· ⁊ maath· et banaias· ꝑpoſiti
ſub manibꝰ chononie ⁊ ſemei fratris eiꝰ ex im
perio ezechie regis· ⁊ azarie pōtificis domꝰ
dn̄i: ad quos omnia ptinebant· Chore vero fi
lius iemna leuites· ⁊ ianitor orientalis por-
te ꝑpoſitus erat his que ſponte offerebant
dn̄o· p̄micijſqꝫ ⁊ ꝯſecratis ī ſancta ſanctoꝝ:
⁊ ſub cura eius edē· ⁊ beniamin iheſue ⁊ ſe-
meias· amarias quoqꝫ ⁊ ſechenias· ī ciuitatibꝰ

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

ſacer dotū: vt fideliter diſtribuerent frībus
ſuis partes· minoribꝫ atqꝫ maioribꝫ· exce-
ptis maribus ab annis tribꝫ et ſup̄· cūctis
qui ingrediebant̄ templū dn̄i· Et q̄cquid
ꝑ ſingulos dies ꝯducebāt in miniſterio· at
qꝫ obſuationibꝫ iux̄ diuiſiones ſuas: ſacer
dotibꝫ ꝑ familias ⁊ leuitis· a viceſimo āno
⁊ ſupra ꝑ ordines ⁊ turmas ſuas· vniuerſe
qꝫ multitudini tam vxoribꝫ q̄ꝫ liberis eoꝝ
vtriuſqꝫ ſexus· fideliter cibi de his q̄ ſancti
ficata fuerant p̄bebant̄· Sꝫ et filioꝝ aarō
ꝑ agros et ſuburbana vrbium ſingularum
diſpoſiti erant viri qui diſtribuerēt vniūſo
ſexui maſculino: de ſacerdotibus et leuitis·
Fecitqꝫ ezechias vniuerſa que diximus in
omni iuda: operatuſqꝫ eſt bonū ⁊ rectum ⁊
verū corā dn̄o d̄o patꝝ ſuoꝝ· i vniūſa cltu
ra miniſterij dom⁹ dn̄i iuxta legē ⁊ cerimo
nias: volens requirere deum ſuū in toto cō
de ſuo· Fecitqꝫ et ꝓſperatus eſt·

CA· XXXII·

p Oſt que ⁊ huiuſcemodi veritatem
venit ſennacherib rex aſſirioꝝ: ⁊ in
greſſ⁹ iudam obſedit ciuitates munitas·
volens eas capere· Qđ cū vidiſſet ezechias
veniſſe ſcꝫ ſennacherib ⁊ totū belli impetum
verti ꝯtra ibr̄lm: inito cū p̄ncipibus cōſilio
viriſqꝫ fortiſſimis vt obturarēt capita fō
tium qui erant extra vrbem: et hoc omniū
decernente ſentētia ꝯgregauit plurimam
multitudinē: ⁊ obturauerūt cūctos fōtes·
⁊ riuum q̄ fluebāt in medio terre dicētes·
Ne veniant reges aſſirioꝝ: ⁊ inueniāt aq̄-
rum abundantiā· Edificauit q̄ꝫ agens in-
duſtrie omnē murū qui fuerat diſſipat⁹:
⁊ extruxit turres deſup̄: et foriſec⁹ alterū
murū· Inſtaurauitqꝫ mello in ciuitate da-
uid: ⁊ fecit vniuerſi generis armaturam ⁊
clipeos· Cōſtituitqꝫ p̄ncipes bellatoꝝ in ex
ercitu: ⁊ ꝯuocauit vniuerſos in platea por-
te ciuitatis: ac locut⁹ ē ad cor eoꝝ dicēs·
Viriliter agite ⁊ ꝯfortamini: nolite time-
re: nec paueatis regem aſſirioꝝ ⁊ vniūſaꝫ
multitudinē que eſt cum eo· Multo enim
plures nobiſcū ſunt q̄ꝫ cū illo· Cū illo em̄ ē
brachiū carneū: nobiſcū dn̄s deus noſter q̄
auxiliator eſt noſter· pugnatqꝫ pro nobis·
Confortatuſqꝫ eſt ꝑplus huiuſcemodi verƀ
ezechie regis iuda· Que poſt q̄ꝫ geſta ſūt:
miſit ſennacherib rex aſſiriorū ſeruos ſuos
ihr̄uſalē: ipſe em̄ cū vniuerſo exercitu ob
ſidebat lachis: ad ezechiam regem iuda· ⁊
ad omnē ꝑp̄lm qui erat in vrbe dicēs· Hec
dicit ſennacherib rex aſſirioꝝ· In quo habē
tes fiduciam· ſedetis obſeſſi i ibr̄lm? Num
ezechias decepit vos· vt tradat morti i fa-
me ⁊ ſiti: affirmans q̄ dn̄s deus veſter libe-
ret vos de manu regis aſſirioꝝ? Nūquid n̄
iſte eſt ezechias qui deſtruxit excelſa illius
⁊ altaria· ⁊ p̄cepit iude ⁊ ibr̄lm dicēs· co-
ram altari vno adorabitis· et in ipſo obure
tis incenſum? An ignoratis q̄ ego feceri
⁊ patres mei cūctis terrarū populis? Nū-
quid p̄ualuerūt dij gentium omniūqꝫ ter-
rarū liberare regionem ſuā de manu mea?
Quis eſt de vniuerſis dijs gentiū q̄s vaſta
uerūt patres mei qui potuerit eruere ꝑp̄lm
ſuū d̄ manū mea: vt poſſit etiā de⁹ veſter eru
ere vos de hac manu? Non vos ḡ decipiat
ezechias· nec vana ꝑſuaſione deludat· neqꝫ
credatis ei· Si em̄ nullus potuit deus cun-
ctarū gentium atqꝫ regionū liberare ꝑp̄lm
ſuum de manu mea· ⁊ de manu patrū meo
rū: ꝯſequenter nec deus veſter poterit erue
re vos de hac manu· Sed ⁊ alia mlta locuti
ſunt ſerui eius ꝯtra dn̄m deum: ⁊ ꝯtra eze
chiam ſeruū eius· Epiſtolas q̄ꝫ ſcripſit ple-
nas blaſfemie in dn̄m deum iſrl̄: ⁊ locutus
eſt aduerſum eum· Sicut dij gentiū cete-
rarū non poterūt liberare ꝑp̄lm ſuum d̄ ma
nu mea: ſic ⁊ deus ezechie eruere n̄ poterit
ꝑp̄lm ſuum de manu iſta· Inſup et clamore
magno lingua iudaica ꝯtra ꝑp̄lm qui ſede-
bat in muris ibr̄lm ꝑſonabat: vt terreret
eos· ⁊ caperet ciuitatem· Locutuſqꝫ eſt cō
tra deū iſrl̄: ſicut aduerſum deos populorū
terre opera manuum hominū· Orauerunt
igit̄ ezechias rex· ⁊ yſaias fili⁹ amos ꝓphe
tes aduerſum hanc blaſfemiam: ac vocife-
rati ſunt vſqꝫ in celū· Et miſit dn̄s angelū
ſuum: qui ꝑcuſſit omnē virū robuſtū ⁊ bel-
latorem· ⁊ p̄ncipem exercitus regis aſſirio
rū: reuerſuſqꝫ ē cū ignominia i terrā ſuaꝫ·
Cumqꝫ ingreſſus eſſet domū dei ſui: filij qui
egreſſi fuerant de vtero eius interfecerūt
eum gladio· Saluauitqꝫ dn̄s ezechiā et ha
bitatores ibr̄lm d̄ manu ſennacherib regis
aſſirioꝝ· ⁊ de manu omniū: ⁊ p̄ſtitit ei quie
tem ꝑ circuitum· Multi etiā deferebant ho
ſtias ⁊ ſacrificia dn̄o in ihr̄uſalē· ⁊ munera

ezechie regi iuda· Qui exaltatꝰ eſt poſt h̄
coram cūctis gentibꝫ· In diebꝫ illis egro
tauit ezechias vſqꝫ ad mortem: ⁊ orauit do
minū· Exaudiuitqꝫ eū ⁊ dedit ei ſignū: ſed
non iuxta bn̄ficia que acceperat retribuit:
quia eleuatū eſt cor eius Et facta eſt ɔtra
eum ira: ⁊ cōtra iudam ⁊ iheruſalē· Humi
liatuſqꝫ eſt poſtea eo ꝙ exaltatū fuiſſet cō
eius: tam ipſe q̄ꝫ habitatores iheruſalem:
⁊ idcirco non venit ſup eos ira dn̄i in diebꝫ
ezechie· fuit autē ezechias diues et inclitꝰ
valde: ⁊ theſauros ſibi plurimos cōgrega-
uit argenti ⁊ auri· ⁊ lapidis p̄cioſi· aroma
tum ⁊ armoꝝ vniuerſi generis· ⁊ vaſoruꝫ
magni p̄cij: apothecas qꝫ frumenti· vini· ⁊
olei· ⁊ p̄ſepia omnium iumentoꝝ: caulaſqꝫ
pecoribus· ⁊ vrbes ſex edificauit· Habebat
quippe greges ouiū· ⁊ armentoꝝ innūabi-
les: eo ꝙ dediſſet ei dn̄s ſubſtātiam multā
nimis· Ipſe eſt ezechias qui obturauit ſu
periorem fontē aquarū gyō: ⁊ auertit eas
ſubter ad occidentē vrbis dauid· In oībꝫ
operibꝫ ſuis fecit ꝓſpere que voluit· Attamē
in legatione p̄ncipum babilonis qui miſſi
fuerāt ad eū· vt interrogarent de portēto
qd̄ acciderat ſup terrā· dreliquit eum dn̄s:
vt temptaret ⁊ nota fierēt oīa que erant i
corde eius· Reliqua aūt ſermonū ezechie·
⁊ miſericordiarū eius ſcripta ſunt in viſiōe
yſaie filij amos ꝓphete: ⁊ in libro regū iu-
da ⁊ iſrl̄· Dormiuitqꝫ ezechias cū patribꝫ
ſuis: ⁊ ſepelierūt eū ſupra ſepulcra filioruꝫ
dauid Et celebrauit eius exequias vniūſꝰ
iuda ⁊ omnes habitatores ihrl̄m: regnauit
qꝫ manaſſes filiꝰ eiꝰ ꝓ eo· CA· XXXIII·

Duodecim annoꝝ erat manaſſes cū
b regnare cepiſſet: ⁊ quinq̄ginta q̄n-
qꝫ annis regnauit i ihrl̄m· Fecitqꝫ
malū coram dn̄o iuxta abominationes gē-
tium q̄s ſubuertit dn̄s corā filijs iſrl̄: ⁊ cō
uerſus inſtaurauit excelſa q̄ demolitus fue
rat ezechias pater eius: conſtruxitqꝫ aras
baalim: ⁊ fecit lucos: ⁊ adorauit omnē mili
tiam celi ⁊ coluit eam· Edificauit qꝫ alta-
ria in domo dn̄i: de qua dixerat dn̄s· i ihrl̄ꝫ
erit nomen meū in eternū· Edificauit aūt
eam cuncto exercitui celi· in duobus atrijs
domꝰ dn̄i: trāſireqꝫ fecit filios ſuos ꝑ ignē
in valle benēnon· Obſuabat ſomnia· ſecta-
bat̄ auguria: maleficis artibꝫ inſeruiebat
habebat ſecū magos ⁊ incantatores: mꝉ-
taqꝫ mala operatus eſt coram dn̄o vt irri-
taret eum· Sculptile qꝫ et ɔflatile ſignum
poſuit in domo dn̄i: de qua locutus eſt dn̄s
ad dauid ⁊ ad ſalomonē filiū eius dicens·
In domo hac ⁊ in ihrl̄m quā elegi de cūctis
tribubus iſrl̄ ponam nomen meū in ſempitē-
num: ⁊ mouere non faciā pedem iſrl̄ de t̄ra
quam tradidi patribꝫ eorū: ita dūtaxat ſi
cuſtodierint facere que p̄cepi eis cūctāqꝫ
legem ⁊ cerimonias atqꝫ iudicia q̄ mādaui
ui ꝑ manum moyſi· Igit̄ manaſſes ſeduxit
iudam ⁊ habitatores ihrl̄m: vt facerēt ma
lum ſup omnes gētes quas ſubūterat dn̄s
a facie filioꝝ iſrl̄· Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad eū
⁊ ad ꝑplm̄ illiꝰ: ⁊ attendere noluerūt· Idcir-
co ſuperinduxit eis p̄ncipes exercitꝰ regis
aſſirioꝝ: ceperūtqꝫ manaſſen: ⁊ vinctū ca-
thenis atqꝫ ɔpedibꝫ duxerūt in babilonem
Qui poſtq̄ꝫ coanguſtatus ē orauit dn̄m de
um ſuum: ⁊ egit penitentiam valde coram
deo patrū ſuoꝝ· Depcatuſqꝫ eſt eū ⁊ obſe-
crauit intente· ⁊ exaudiuit orationē eius:
reduxitqꝫ eum ihrl̄m in regnum ſuum: et
ɔgnouit manaſſes ꝙ dn̄s ipſe eſſet deꝰ Poſt
hec edificauit murū extra ciuitateꝫ dauid
ad occidentem gyon in ɔualle ab introitu
porte piſciuꝫ ꝑ circūitum vſqꝫ ad ophel: et
exaltauit illū vehementer· Cōſtituitqꝫ prin
cipes exercitꝰ in cūctis ciuitatibꝫ iuda mu-
nitis· ⁊ abſtulit deos alienos ⁊ ſimulacrum
de domo dn̄i: aras qꝫ q̄s fecerat in monte do
mus dn̄i ⁊ in ihrl̄m: ⁊ ꝓiecit omnia ext̄ vr-
bem· Porro inſtaurauit altare dn̄i: ⁊ imo-
lauit ſup illud victimas ⁊ pacifica ⁊ laudē·
p̄cepitqꝫ iude vt ſeruiret dn̄o deo iſrl̄· Atta
men adhuc populus imolabat in excelſis do
mino deo ſuo· Reliq̄ aūt geſtoꝝ manaſſe· ⁊
obſecratio eius ad deū ſuum: verba qꝫ vidē
tium qui loquebant̄ ad eum in nomine dn̄i
dei iſrl̄ ɔtinent̄ in ſermonibꝫ reguꝫ iſrahel·
Oratio qꝫ eius ⁊ exauditio ⁊ cūcta pecca-
ta atqꝫ ɔtemptus: loca etiam i quibꝫ edifi
cauit excelſa et fecit lucos et ſtatuas ante
q̄ꝫ ageret penitentiā ſcripta ſunt in ſermo-
nibus ozai· Dormiuit qꝫ manaſſes cū pa-
tribꝫ ſuis: et ſepelierūt eum in domo ſua: re
gnauitqꝫ ꝓ eo filiꝰ eiꝰ amō· Vigitiduorū
ānoꝝ erat cū regnare cepiſſet: et duobus
annis regnauit in iheruſaleꝫ· Fecitqꝫ malū

In conſpectu dñi ſicut fecerat manaſſes paẗ
eiꝰ: ⁊ cūctis ydolis q̄ manaſſes fuerat fa-
bricatus imolauit atq; ſeruiuit. et non eſt
reueritꝰ faciē dñi ſic reueritꝰ eſt manaſſes
pater eius: et multo maiora deliq̄t. Cumq;
cōiuraſſent aduerſus eū ſerui ſui interfecerūt
eū i domo ſua. Porro reliqua ꝑpli multitudo
ceſis his qui amon ꝑcuſſerāt cōſtituit regē
ioſiam filiū eiꝰ ꝓ eo. CA. XXXIIII.

Cto annoꝝ erat ioſias cū regnare
o cepiſſet: ⁊ triginta ⁊ vno anno re-
gnauit i ihꝛuſalē. Fecitq; qḋ erat
rectū in cōſpectu dñi: ⁊ ambulauit in vijs
dauid patris ſui: nō declinauit neq; ad de-
xtram neq; ad ſiniſtrā. Octauo autē anno
regni ſui cū adhuc eſſet puer. cepit q̄rere
deum patris ſui dauid: ⁊ duodecimo anno
poſtq̄ȝ ceperat mūdauit iudā ⁊ ihꝛlm ab ex
celſis et lucis ſimulacriſq; et ſculptilibus.
Deſtruxerūtq; corā eo aras baalī: ⁊ ſimu-
lacra q̄ ſuperpoſita fuerāt demoliti ſūt. Lu
cos etiā ⁊ ſculptilia ſuccidit atq; cōminuit:
⁊ ſup tumulos eoꝝ qui eis imolare cōſueue
rāt fragmenta diſperſit. Oſſa p̄terea ſacer
dotum cōbuſſit in altaribꝫ ydoloꝝ: mūdauit
q; iudam ⁊ ihꝛlm. Sed ⁊ in vrbibꝫ manaſſe
⁊ effraim et ſymeon vſq; neptalim cuncta
ſubuertit. Cūq; altaria diſſipaſſet ⁊ lucos
⁊ ſculptilia cōtriuiſſet in fruſta. cūctaq; de-
lubra demolitus eſſet ḋ vniuerſa terra iſrl:
reuerſus eſt ihꝛlm. Igit̄ anno octauodecīo
regni ſui mundata iā terra ⁊ templo dñi:
miſit ſaphan filiū eſelie ⁊ maaſiam p̄ncipeꝫ
ciuitatis. ⁊ ioha filiū ioachaꝫ a cōmētarijs:
vt inſtaurarent domū dñi dei ſui. Qui vene
rūt ad helchiam ſacerdotem magnū: acce
ptaq; ab eo pecunia q̄ illata fuerat i domū
dñi. ⁊ quam cōgregauerāt leuite ⁊ ianito-
res de manaſſe ⁊ effraim ⁊ vniūſis reliq̄js
iſrl. ab omni q; iuda ⁊ beniamin ⁊ habita-
toribꝫ ihꝛlm: tradiderūt in manibus eoruꝫ
qui p̄erāt operarijs in domo dñi: vt inſtau-
rarēt templū. ⁊ infirma queq; ſartirēt. At
illi dederūt eam artificibꝫ et cementarijs:
vt emerent lapides de lapidicinis et ligna
ad cōmiſſuras edificij. ⁊ ad cōtignationē do-
moꝝ quas deſtruxerāt reges iuda. Qui fi
deliter cūcta faciebant. Erant autē p̄poſiti
operantiū iahat ⁊ abdias de filijs merari.
zacharias et moſollam de filijs caath. qui
vrgebāt opus: omnes leuite ſciētes orga-
nis canere. Sup eos vero qui ad diuerſos
vſus onera portabāt: erāt ſcribe. ⁊ magiſ-
tri de leuitis ianitores. Cūq; efferrēt pecu
niam que illata fuerat in templū dñi. repe
rit helchias ſacerdos librū legis dñi p ma-
num moyſi: ⁊ ait ad ſaphā ſcribam. Librū
legis inueni in domo dñi: ⁊ tradidit ei. At
ille intulit volumen ad regē ⁊ nunciauit ei
dicens. Omnia q̄ dediſti in manu ſeruoruꝫ
tuoꝝ: ecce cōplent̄. Argentū qḋ repertū
ē in domo dñi cōflauerūt: datūq; eſt p̄fectis
artificū. ⁊ diuerſa opera fabricantiū. p̄te-
rea tradidit mihi helchias ſacerdos hūc li
brū. Quē cum rege p̄ſente recitaſſꝫ. audiſ-
ſetq; ille verba legis. ſcidit veſtimenta ſua:
⁊ p̄cepit helchie et aichā filio ſaphā. ⁊ ab-
don filio micha. ſaphā q; ſcribe. et aſaie ſuo
regis dicēs. Ite et orate dñm ꝓ me et pro
reliquijs iſrahel et iuda: ſup vniuerſis ſmo
nibus libri iſtius qui repertus ē. Magnus
eñi furor dñi ſtillauit ſup nos: eo q̄ n̄ cuſto
dierint patres noſtri verba dñi: vt facerēt
omnia q̄ ſcripta ſunt in iſto volumine. Ab-
ijt ḡ helchias ⁊ hi qui ſimul a rege miſſi fu
erant ad oldam ꝓphetē vxorem ſellum fi
lij thecuath filij aras. cuſtodis veſtium. q̄
habitabat in ihꝛlm in ſcḋa: et locuti ſunt
ei verba que ſup̄ narrauimus. At illa r̄ndit
eis. Hec dicit dñs deꝰ iſrl. Dicite viro qui
miſit vos ad me. Hec dicit dñs. Ecce ego i
ducam mala ſup locū iſtum et ſup habita-
tores eiꝰ: cūctaq; maledicta q̄ ſcripta ſūt
in libro hoc quem legerūt corā rege iuda:
quia dereliquerūt me ⁊ ſacrificauerūt dijs
alienis vt me ad iracundiam ꝓuocarent in
cunctis operibꝫ manuū ſuarū. Idcirco ſtil-
labit furor meus ſup locū iſtum: et n̄ extin
guet̄. Ad regem autē iuda qui miſit vos ꝓ
dño deprecādo. ſic loquimini. Hec dicit do-
minꝰ deus iſrl. Quoniā audiſti verba volu-
minis. atq; emollitū eſt cor tuū. ⁊ humilia
tus es in conſpectu dñi ſup his que dicta
ſunt cōtra locū hunc et habitatores ihꝛlm:
reuerituſq; faciem meā ſcidiſti veſtimenta
tua et fleuiſti corā me: ego q; exaudiui te
dicit dñs. Iam eñi colligā te ad patres tu
os: et infereris in ſepulcrū tuum in pace:
nec videbunt oculi tui malum: quod ego
inducturꝰ ſū ſup locū iſtū ⁊ ſup h̄itatores

eius. Retulerūt itaqꝫ regi cūcta q̄ dixerat
At ille ꝯuocatis vniūſis maioꝛib⁹ natu iu-
da ⁊ ihꝛl̅m aſcendit ī domū dn̄i vnaqꝫ oēs
viri iuda et habitatoꝛes ihꝛl̅m. ſacerdotes
⁊ leuite ⁊ cunctus ꝓpłus a minimo vſqꝫ ad
maximū. Quib⁹ audientib⁹ in domo dn̄i le
git rex omnia verba voluminis: ⁊ ſtās ī tri
bunali ſuo ꝑcuſſit fedus corā dn̄o vt ābu-
laret poſt eum. ⁊ cuſtodiret p̄cepta ⁊ teſti-
monia et iuſtificationes eius in toto coꝛde
ſuo. ⁊ ī tota anima ſua: faceretqꝫ q̄ ſcripta
ſunt in volumine illo qđ legerat. adiurauit
qꝫ ſup hoc omnes q̄ repti fuerant in ihꝛl̅m
⁊ beniamin: et fecerunt habitatoꝛes ihꝛl̅m
iuxta pactū dn̄i dei patrū ſuoꝝ. Abſtulit ğ
ioſias cūctas abominationes de vniuerſis
regionib⁹ filioꝝ iſrl̅: ⁊ fecit omnes qui re-
ſiduī erant in iſrl̅ ſeruire dn̄o deo ſuo. Cun
ctis dieb⁹ ei⁹ non receſſerunt a dn̄o deo pa
CA. XXXV. -trū ſuoꝝ.
f Ecit aūt ioſias in ihꝛl̅m phaſe do-
mino: qđ imolatū eſt quartadecia
die menſis p̄mi. Et cōſtituit ſacerdotes in
officijs ſuis: hoꝛtatuſqꝫ eſt eos vt miniſtra
rent in domo dn̄i. Leuitis qꝫ ad quoꝝ eru-
ditionem omnis iſrl̅ ſanctificabat̄ domino:
locutus eſt. Ponite archā in ſācuario tē-
pli: quod edificauit ſalomō fili⁹ dauid rex
iſrl̅. Nequaq̄ enim eam vltra poꝛtabitis.
Nūc ğ miniſtrate dn̄o deo veſtro ⁊ populo
eius iſrl̅: ⁊ ꝑparate vos ꝑ domos ⁊ ꝯgnatio
nes veſtras in diuiſionib⁹ ſinguloꝝ ſicut p̄-
cepit dauid rex iſrl̅. ⁊ deſcripſit ſalomon fi-
lius eius: ⁊ miniſtrate in ſanctuario ꝑ fami
lias turmaſqꝫ leuiticas: et ſanctificati imo-
late phaſe. Fratres etiam veſtros vt poſſit
iuxta verba que locutus eſt dn̄s ī manū mo-
yſi facere. ꝑparate. Dedit p̄terea ioſias oī
ꝓpło qui ibi fuerat inuentus in ſolennitate
phaſe agnos ⁊ hedos de gregib⁹ et reliqui
pecoris triginta milia: boumqꝫ tria milia.
Hec ꝺ regis vniuerſa ſubſtātia. Duces qꝫ
eius ſpōte quod vouerāt obtulerūt: tā ꝓpło
q̄ ſacerdotib⁹ ⁊ leuitis. Poꝛro helchias et
zacharias et iehihel p̄ncipes domus domini
dederūt ſacerdotib⁹ ad faciendū phaſe peco
ra ꝯmixtim duo milia ſexcenta: ⁊ boues tre
centos. Chonenias aūt ⁊ ſemeias etiā ⁊ na
thanael frēs ei⁹. necn̄ aſabias ⁊ iahihel et
iozabad p̄ncipes leuitarū: dederūt ceteris
leuitis ad celebꝛandum phaſe. quiqꝫ milia
pecoꝝ: ⁊ boues quīgentos. Pꝛeparatumqꝫ
ē miniſteriū et ſteterūt ſacerdotes ī officio
ſuo: leuite qꝫ in turmis ſuis iuxta regis im
periū: ⁊ imolatū eſt phaſe. Aſperſeruntqꝫ
ſacerdotes manus ſuas ſanguine: et leuite
ꝺtraxerūt pelles olocauſtoꝝ: ⁊ ſeparauerūt
ea vt darēt ꝑ domos ⁊ familias ſinguloꝝ.
⁊ offerrent̄ dn̄o ſicut ſcriptū eſt in libꝛo mo
yſi. De bub⁹ fecerūt qꝫ ſimilit̄. Et aſſauerūt
phaſe ſup ignem: iuxta qđ in lege ſcriptū
ē. Pacificas vero hoſtias coxerūt ī lebetis
⁊ cacabis ⁊ ollis: ⁊ feſtinato diſtribuerunt
vniuerſe plebi: ſibi aūt et ſacerdotib⁹ poſtea
parauerunt. Nam in oblatione olocauſto-
rū et adipū vſqꝫ ad noctē ſacerdotes fuerūt
occupati. vnde leuite et ſibi ⁊ ſacerdotibus
filijs aaron parauerunt nouiſſimis. Poꝛro
cantoꝛes filij aſaph ſtabāt ī oꝛdine ſuo: iux̄
p̄ceptū dauid ⁊ aſaph ⁊ heman et ydithun
ꝓphetarū regis. Ianitoꝛes vero ꝑ poꝛtas
ſingulas obſeruabāt: ita vt ne pūcto q̄dem
diſcederēt a miniſterio. Quāobꝛem ⁊ frēs
eoꝝ leuite parauerūt eis cibos. Omnis igi
tur cultura dn̄i rite ꝯpleta eſt in die illa: vt
facerēt phaſe. ⁊ offerrent olocauſta ſuper
altare dn̄i iuxta p̄ceptū regis ioſie. Fecerūt
qꝫ filij iſrl̅ qui reperti fuerant ibi phaſe in
tempoꝛe illo et ſolēnitatem azimoꝝ: ſeptē
diebus. Non fuit phaſe ſimile huic in iſrl̅ a
dieb⁹ ſamuelis ꝓphete: ſed nec quiſq̄ ꝺ cū-
ctis regib⁹ iſrl̅ fecit phaſe ſicut ioſias ſacer
dotib⁹ ⁊ leuitis ⁊ omni iude ⁊ iſrl̅ qui re per
tus fuerant: ⁊ habitantib⁹ in ihꝛl̅m. Octa
uodecimo anno regni ioſie. hoc phaſe cele-
bꝛatū eſt. Poſtq̄ inſtaurauit ioſias tēplū
aſcendit nechao rex egipti ad pugnandū
in carthamis iuxta eufraten: et ꝑceſſit in
occurſum eius ioſias. At ille miſſis ad eum
nuncijs ait. Quid mihi ⁊ tibi rex iuda? Nō
aduerſum te hodie venio. ſed cōtra aliā pu
gno domū: ad quā me deus feſtinato ire p̄
cepit. Deſine aduerſum deū facere qui me
cū eſt: ne interficiat te. Noluit ioſias reūti
ſed ꝑparauit cōtra eū bellū: nec acquieuit
ſermonib⁹ nechao ex oꝛe dei: verum p̄rexit
vt dimicaret ī campo mageddo. Ibiqꝫ vul
nerat⁹ a ſagittarijs dixit pueris ſuis. Edu
cite me ꝺ p̄lio quia oppido vulnerat⁹ ſum.
Qui tranſtulerūt eū ꝺ curru ī alterū currū

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg